(II) Quid vero commovit Sigismundum, ut legationem tam impropositam ad Reginam mitteret, præprimis eo tempore, ubi ex regulis prudentiæ minime consultum videbatur, Reginam amicam irritari ; scilicet ubi Rex cum Svecis suis gravissima negotia agenda habebat ?

(Larr. p. 183.)

Sed (1) Rex ille fuit maxime inconstans plerarumque suarum actionum directionem relinquens Jesuitis.

(2) Zamoscius Poloniæ Cancellarius, vir magnæ virtutis & autoritatis, qui & nomine regni Elisabethæ gratias egerat (Larr. d. p. 501.) absens erat & inscius hujus legationis, & sic adeo eadem alterius Ministeri consilio expedita.

Igitur uti Principes multi nomina sua commodant actionibus ministeriorum, saepè amulorum, saepè contrariis ; & Zamocius multos habebat amulos & invidos.

(3) Forte etiam civitates Hanseaticæ per Gedanenses, cum Gedanum in födere esset, Regem ad hæc facienda urfere. (conf. Camden. d. p. 74.) Forte Rex pecunia Gedanensem egens necessitate adactus fuit in istorum petita condescendere. Forte & Gedanenses fuere, qui orationem illam, libertatem civitatum Hanseaticarum valde spirantem, compoluere.

(III) Prudentia singularis Elisabethæ hic notanda, quæ dignitatem suam, & regni sui & responso congruo, quamvis paulo auctiori, adversus duiores Imperii procelius tuita est, & postea tamen hominem benigne dimisit & statim legationem missa ac propositis honestis conditionibus aliquid remittere de jure suo matuit, quam nimio rigore utens utilitatem populi

fui

sui & commercia libertate florentia, atque jam periculum aliquod patientia pessundare. (*conf. Cand. d. p. 740.*)

(IV) Peculiarem observationem merentur verba Camdeni ex mente Elisabethæ : *Aliam regnorum, aliam civitatum esse rationem : Regum interesse potius regie dignitati, quam mercatorum avaritia patrocinari, ne nimis plus contra Reges insolescant.*

Unde facile resolvi potest quæstio. Cur sub regnis absolutis rarissime florent commercia, contra vero maxime florent in liberis rebus publicis, aut sub imperio Senatus existentibus, vel certe in regnis temperatis.

(V) Cur homines multæ lectionis plerumque careant prudentia civili ? In prompta causa est, quia plerumque excidunt memoria & defectu judicii laborant, magna mixtura avaritiae & voluptatis prædicti.

Huc respexit, quisquis fuit, qui tali homini epitaphium scripsit. *Hic jacet N. Vir beate memorie & expectat iudicium.*

Tales vero etiam esse, qui plurima de jure gentium, blaterant, ut recte Regina de legato observavit, novo exemplo illustrabunt meditationes capitii sequentis.

Imo tales sape esse solent pariter ut hic legatus polonus, insolentes, jaetabundi, putantes se omnia scire, quæ strenue fieri contemtores aliorum, imprudentes, plurima promittentes, parum vel nihil praestantes, & apertissimas ineptias ac contradictiones magna animi constantia defendantes. Ex eadem temperamenti mixtura.

Horum scriptis quomodo uti debeat prudens, ostendendum. Scil. tanquam locis communibus, & quæ occasionem cogitandi suppeditant de rebus, de quibus alias forte non cogitassemus.

Quin & politicas scribant ex ratione modo dicta, et si prudentia civili careant, unus tamen magis quam alter, Nam & inter hos, uti in omni affectuum mixtura, gradus sunt. Et unus altero eruditior & modestior est.

Dice

(Dicetur hac occasione quippiam de usu operum Politicorum Bodini,
Befoldi, Arnstxi, Knichenii.)

(VI) An tales apti legationibus & negotiis civilibus?
Facilis responso ex præcedentibus. Si res judicium requirat,
omnium minime, quia insolentia sua & imprudentia omnia
perdunt. (Exemplum pete rursus ex cap. seq.)

At si res odii plena secundum normam præscriptam ex-
pedienda, aut memoriter quippiam recitandum, res optime &
sine hastantia expediunt. Ut patet ex exemplo legati nostri.

Quare ut nullum instrumentum tam vile, quo non uti
possit prudens paterfamilias, uti nullum venenum tam noxium,
ex quo medicus prudens non posset preparare medicinam: ita
nullus homo tam perditus est, quo non possit uti res publica.

Potissima pars prudentia rectoria consistit in electione
personarum ad negotia gerenda idonearum.

Potissima etiam causa dannorum publicorum est, quod
plerumque officia assignentur iis, qui ad alia sunt a pati.

(VII) Ex dictis etiam patet cur Regina melius intelle-
xerit ex tempore differere de jure gentium, quam homines eru-
diti nil nisi jura gentium expuentes: Quia videlicet eruditii
magis nituntur præjudicio autoritatis & delestantur ideis ina-
nibus, regentes id discunt ex praxi casuum obvenientium
in sensu magis incidentium, ubi nulli autoritati locus est.

III. Jus Gentium,

Quod plurimi jus gentium cum legato crepant, paucif-
fimi cum Regina id intelligant, ratio est, quod jus gentium
multiplici significatu supponatur, quorum singuli diversa &
sæpe opposita predicata admittunt.

Hæc vero qui non secernit, sed miscet, is necessario mi-
scet etiam predicata illa, & sic inconvenientia prædicata app-
tans subiecto, necessario erroneas defendit assertiones, & særif-
fime contradictoria asserere cogitur.

Hinc

Hinc exponenda erit homonymia juris gentium.
Et simul ostendenda diversa prædicata intuitu quæstio-
nis (1) utrum jus gentium sit naturale an voluntarium seu di-
vinum an humanum? (2) an mutabile an immutable?

(Ex fundam. jur. nat. & gent. l. 1. c. 3. §. 65. - 70.)

Cum tamen jus naturæ etiam æque sit homonymum, si-
mul ejus homonymia est demonstranda. (ex dictis ibid. §. 58. - 64.)

Et respondendum illis, qui jus gentium ex pacto vel
jure consuetudinario deducunt. (ibid. §. 75. - 78.)

(3) Utrum jus gentium promiscue possit allegari in cau-
sis belli justificis tanquam violatum? Negatur.

Tum demum allegari potest, si violata sint præcepta ju-
sti, non si violata sint præcepta honesti & decori.

(Differentia horum præceptorum monstranda ex cap. 4. §. 89. 90. 91.

&c. 6. n. 34. seq.)

Nam sola injuria est iusta belli causa. At qui inhono-
ste vivit, sibi nocet, qui indecorum de jure suo non vult aliquid
remittere. (d. c. 6. §. 40. 41. 42. 56.) Neutro casu alteri injuriam
facit.

Unde patet quam breviter possint expediri quæstiones
de justis bellorum causis ob denegata officia humanitatis, ob
hæresin, atheismum, idolatriam aut denegatam sepulturam, aut
si gentes bello petiæ dicantur esse servi naturæ.

Talia sunt pleraque bella primorum Regum Christianorum,
Clodovæ M. potissimum, & Caroli M. adversus Saxonem, Hispa-
norum aduersus Americanos. Huc pertinet multa ex Grotii
lib. 2. c. 2. & lib. 2. c. 19. §. 51. de bellis ob denegatum transi-
tum militum, mercium, ob imposta vestigialia, prohibitam ac-
cessionem ad littus, denegatam admissionem peregrinorum &c.
de quibus sententiam nostram diximus in institutionibus Juris pro-
digiorum, l. 2. c. 6. §. 35. seq. & lib. 3. c. 10. §. 27.)

Fluit etiam ex dictis, quod non allegari possit indistinctè
jus gentium esse violatum, si libertas naturalis vel gentium ab
altero sit impedita. Cum libertas & jus libertatis sint di-
versa.

Libertas naturalis infinita est, jus libertatis, quo violato mihi fiat injuria, est valde restrictum, vel intuitu spati, quod in meo dominio est, vel intuitu actionum ipsarum, quatenus per eas alterius jus non lèditur, vel intuitu libertatis alienæ, ne una libertas alteram tollat &c.

Ex dictis autem facile potest ostendi, quam malam causam sub praetextu juris gentium defenderit legatus, & quam bene innocentiam suam demonstraverit Regina.

Dux erant quæstiones controversæ, circa quas civitates Hansaticæ prætendebant, jus gentium esse violatum a Regina.

I. Quod privilegia ipsorum commerciis olim indulta in Anglia intuitu libertatis a vestigalibus successores & Regina postea iterum sustulerint.

(Et si enim quod hoc punctum non memoret Camdenus, legatum provocasse ad jus gentium, tamen notum est, excerpta ex oratione his latenter referri. Et Regina dicit, legatum tæpius ad jus gentium provocasse. Ergo & hic sine dubio ad id provocatum est.)

II. Quod naves earum mercatoriarum à Dracone fuerint interceptæ.

Quid ex jure gentium a legato hic fuerit allegatum, non dicitur, sed nullum est dubium, quin ad libertatem commerciorum provocaverit, quod scilicet commercia sint juris gentium. (conf. Lareum p. 492.)

Ad illa vero ex modo notatis facile respondetur. Commercia sunt juris gentium, sed in se spectata non pertinent ad regulas iustitiae. Libertas commerciorum indefinita non facit jus gentium.

Jure gentium habes libertatem commercia exercendi, habent & alii. Si tu habes libertatem vendendi, habent & alii, certe alii tum habebunt libertatem emendi. Si habes libertatem commercii exercendi in tuo, non tamen habebis in alieno, sine domini consensu, ergo nec per alienum,

Si

Si libertatem habes vendendi quibuslibet, etiam hosti
terii, habebit ille tertius saltem libertatem, hæc tua commer-
cia tanquam sibi noxia impediri, & quia pro hoste haben-
dus est qui hostem adjuvat.

(Unde fructu provocabant civitates Hanseaticæ, ad neutralitatem ap.
Lareum d.p. 492.)

Addebat Regina & alias responsiones, æque fortes : de
natura privilegiorum revocabili, de facta jam revocatione, de
violatione privilegii ab ipsis Hanseaticis facta ; de facta præ-
monitione ne apparatu bellico hostes Anglia sublevarent, de
iniqua Hanseaticarum postulatione, quod meliori jure circa
commercialia in Anglia velint uti quam ipsi Angli &c.

(Camden, hic in textu & p. 591. seq. 604. seq.)

IV. Politica & jus gentium.

Quid vero hoc est, quod Regina legatum ignorantia in jure
gentium accusat, eo quod politicam ignoret. An politica &
jus gentium unum idemque sunt, aut quomodo differunt ?

In scholis equidem affinitas esse statuitur inter jus gen-
tium & politicam, in eo tamen differre dicuntur, quod politica
debeat docere quid sit utile, jus gentium doceat quid sit ju-
stum. (Vide Textor, *Synops. jur. gent.* cap. 1. de quo autore dicendum.)

Interim uti politica scholaistica & vulgaris nihil minus
docet quam doctrinam utilitatis, ita in ipsis etiam libellis ea-
dem tractant in jure gentium quæ tractantur in politicis &
vice versa, & tali jure gentium etiam non aliter uti poteris,
quam locis communibus. (conf. dist. supra medit. 2. obs. 5. in fine.)

Igitur in usu systematico politicam discernere poteris,
uti libuerit, in usu pratico seu in applicatione præceptorum
ad exempla, qualem nos jam intendimus, ita unita sunt poli-
tica & jus gentium, ut unum sine altero frigeat.

Et revera, cum alibi ostensum fuerit, honestum, utile &
jucundum non differre realiter sed saltem ratione conceptuum,

D 2

&

& revera nullum justum sit inutile, nec ulla vera utilitas justitia repugnet, ac præterea etiam in quæstionibus juris privati JCTi sepe consuli soleant de eo, quod quarrentibus sit utile, injurius esset in jurisprudentiam, si quis ei velit imputare crimen turbatorum finium, qui in actionibus principum & personarum publicarum judicandis admisceret applicationem principiorum politicorum.

Ergo nemo mihi vitio vertet, quod, dum negotia gentium ex jure gentium examinanda proposuerim, subinde immiscerem exempla, in quibus primaria est quæstio de utilitate.

CAP. III.

JUS GENTIUM IN EXEMPLIS.

WICQUEFORTIUS,

de Legato & ejus functionibus lib. i. scđt. 20. p. 882. seq.

EN l'an 1642, Francois Andrada Leirao, Ambassadeur de Portugal à la Haye, ayant été trompé par un maquinon, le retint prisonnier dans sa maison. La Femme du maquinon en fit du bruit, sur lequel la canaille s'etant asssemblée, cassa d'abord les vitres a coups de pierres : enfonça la porte de la rue, força en suite toutes les autres portes, les coffres & bâbus, & emportat tout ce qu'il y avoit de vaisselle & de meubles : avec tant de désordre, que tout ce que l' Ambassadeur & ses domestiques purent faire, ce fut de se sauver par le jardin dans les maisons voisines. Les bourgeois se mirent sous les armes, & la Cour de justice, avec le Magistrat de la Haye, se porta sur le lieu, pour arrêter le progrès du tumulte. L' Ambassadeur en fit des plaintes aux Estats Généraux, & il y eut des députés, qui estoient

estoient d'avis qu'il le falloit dédommager, afin de décharger l'Estat du juste reproche, qu'on luy pouvoit faire, d'avoir souffert, qu'on eust violé LE DROIT DES GENS en sa personne & sa maison. Mais le DROIT DE GENS fut encore negligé en cette occasion, & on obligea l'Ambassadeur a se contenter d'une meschante excuse, que les Estats luy firent faire par trois de leurs députés. L'Ambassadeur, qui avoit publiquement enseigné le Droit, devoit scavoir qu'il ne luy estoit pas permis de faire une prison de sa maison, & ce fut une grande imprudence a luy de se commettre avec une canaille, qui ne connoit point de milieu entre la plus de bordée licence & la plus infame servitude. Mais l'Estat estoit obligé de reparer une violence, qu'elle ne pouvoit purrir, & de le dedommer de ce qu'il avoit perdu dans ce soulèvement populaire.

Il arriva quelque chose de semblable en l'an, 1601. a Antoine de Silly, comte de Rochedot, Ambassadeur de France en Espagne. La cour estoit a Vailladolid, ou les habitants n'estant pas fort accoustumés de voir des Francois, firent plusieurs insolences a ceux de la suite de l'Ambassadeur, jusques a l'oblier a sortir du carosse, pour mettre l'espée a la main contre ceux qui outrageoient ses gens, & qui avoient tué un de ses laquais derriere luy, sans qu'il en pust avoir raison. Apres cela quelques uns de ses gentilshommes estant un soir allé prendre le frais, le peuple commença a leur dire des injures, & a les traitter de Vellicos, de Borachos & de Lutheranos ; de sorte que les Francois mettant l'espée a la main, en couchèrent deux sur le carreau. Mais ils ne se furent pas si tost retirés au

D 3 legis,

logis, qu' ils s'y trouverent investis par le peuple, assiéte d'un bon nombre d' officiers de justice, qui sous pretexte de prevenir un plus grand desordre, forcerent la maison en plusieurs endroits, enfoncerent les portes des chambres, pillerent & emporterent la vaisselle d' argent, & les autres meubles, battirent & outragerent les domestiques, & emmenerent les gentilshommes prisonniers, & avec eux le neveu de l' Ambassadeur. Quelques jours après on luy fit rendre ce qui avoit este derobe ; mais le gentilshomme demeurerent prisonniers. Sur l' avis que l' Ambassadeur en donna au Roy son maistre, on luy ordonna de sortir de la cour d' Espagne, le Roy defendit le commerce avec ce Roiaume-là, & les deux couronnes alloient apparemment rompre sans l' entremise du Pape, qui se fit amener, & delivrer les prisonniers, & qui les mit entre les mains de l' Ambassadeur de France, qui estoit à Rome. Du Fargis, qui estoit Ambassadeur de France à la cour de Madrid, y eut une rencontre presque semblable en l' an 1621, & elle auroit produit un semblable effet, si le Marechal de Bassompierre, qui y arriva ex ce temps là, en qualité d' extraordinaire, n' eust accormodé le different.

La justice de Vailladolid viola le DROIT DES GENS, en deux façons, en forçant la maison de l' Ambassadeur & en enlevant ses domestiques, & le Roy d' Espagne en consentant à l' un & à l' autre, n' estoit pas tout à fait innocent. Ses ministres en ont rejeté la faute sur le peuple, lequel s' estant soulevé, on estoit contraint, de luy donner quelque satisfaction : & cela auroit un peu d' apparence, si les gentilshommes ne fussent demeurés prisonniers & aux fers,

fers, jusques a ce qu' on les leur ostant a Rome. Le Roy devoit demander a l' Ambassadeur ceux qui avoient tué les Espagnols, ou le presser d' en faire justice lui mesme, & faute de l' un & de l' autre se faire faire raison par le Roy de France. Quelque temps apres, & mesmes avant que les prisonniers fussent remis entre les mains du Pape, ce qui ne se fit qu' au bout de dix mois, les gens de l' Ambassadeur de Venise tuèrent deux Espagnols a Madrid, mais le Roy d' Espagne defendit qu' on les prist, ny dans la maison, ny a la suite de l' Ambassadeur, quelque part qu' il fust, a la ville ou a la Campagne. Ces defenset estoient conformes au DROIT DES GENS, & c' est ainsi que l' on en a usé en Hollande, pendant qu' on y avoit encore du respect pour le mesme Droit. Le mesme jour que M. de Thou, Ambassadeur de France, arriva a la Haye, vers la fin du mois d' Avril 1657. un de ses domestiques voulut faire violence a une femme, qu' il rencontra la nuit dans la rue. La patrouille l' en empescha, & l' emmena au corps de garde, a dessein de le mettre le matin entre les mains de la justice, l' Ambassadeur en ayant esté adverte, reclama son domestique, & les Conseillers Deputes de Hollande, qui representent le Souverain de la Province en l' absence des Estats, le lui firent rendre, a fin, qu' il en fût lui mesme faire justice. De Thou avoit raison de parler pour son Domestique, & de faire voir a l' entrée de son employ, qu' il n' estoit pas indigne du caractere, dont le Roy l' avoit honnoré, puis qu' il en scavoit bien soustenir la dignité : & les Estats de Hollande de leur costé firent bien connoître, qu' ils vouloient respecter le DROIT DES GENS.

Cest pourquoy on ne doit point PRENDRE EXEMPLE sur l'action d'Olivier Cromuel, qui fit en l'an. 1653. enlever Pantaleon de Sa & Meneses, de la maison du Comte de Penagion, Ambassadeur de Portugal, son Frere, & le fit publiquement executer a Londres. Il esturay, que Pantaleon avoit fait une grande violence, en tuant mal apropos un Anglois, qui se promenoit avec son accordé au lieu, que l'on appelle le Nouveau change. Il esturay encorse que les habitants de Londres furent extremement irrités de cette action, qui estoit capable de faire soulèver la ville, & qu'il estoit nécessaire de leur donner quelque satisfaction. Mais il esturay aussi, que Cromuel les pauroit satisfaire par des apparences, & qu'il devoit faire toute autre chose plustost, que de violer le DROIT DES GENS. Il le voulut bien sacrifier, avec ce gentil homme, a son ambition, & apres avoir commis un parricide, il ne craignoit point de commettre un sacrilegio.

L'offre, que M. de Thou fit de punir son Domestique, & l'acquiescement des Estats de Hollande, confirment ce qu'on dit du Droit, que l'Ambassadeur a de faire faire justice dans sa maison de ceux qui en dependent.

MEDITATIONES

I. Wicquefortii liber.

Fata Autoris quorum partim ipse meminit.
(Pufend. Rerum Brandenburg. lib. 7. §. 54. Postquam Aran-
 dius-publicam personam Lutetia suscepisset, Gallos inde
 ansam arripiuit, Abrahamo Wicquefortio, qui hactenus
 titulum residentis gesserat, imperandi, ut e Gallia faces-
 seret,

seret, invise, quod finitras narrationes de aula gallica spargere argueretur. Is cum iuslo parete noller, in Battiliae custodiam abducusest. Sed cum Brandius ejus causam suscipere institueret, Galli istum, addito militum praesidio, Caletum abduxerunt, inde in Hollandiam trahicendum. Data ad Electorem litera, factum id excusantes, quod ipse apud Blondellum (*Legatum Gallicum in aula Electorali*) negat, illius patrocinium a le fisci. Eundem quoque platiom salario triu; ac non tam publica Electoris negotia tractare, quam relationes e vulgi sere rumoribus consarcinatas transmisste. Scripterat ite in Hollandiam de neptibus Mazarini, de amoribus regis & ejusmodi aulae fabulas: tum & favorem in Condeum principem pra se ferrebat. Sed praeceps eundem premebat odium Tellierii, cui vita aspernum, ingenium erat, sanguinis sitiens & misericri nefcum. *Addit Galardum dans les reflexions sur les memoires* &c. p. 122, 123, obs. Hallens, T. II. obs. 17. Mons. Bernard, Nouvell. de la Rep. des lettres mons d'Avril, 1702. p. 420.)

Fata libri. Tres editiones autoris: (1^a Ambassadeur l. 1. ch. 1. p. 3.) duæ sub titulo: *Memoires touchans les Ambassadeurs* in forma minori. Tertia titulus: L' Ambassadeur & ses funtions in 4to. (*Ibid. & init. dedic.*) Corruptio editionis Lipsiensis textus Gallici falso mentientis in titulo Hagam Comitis, Impertinens traductio in lingua Germanicam.

In primis editionibus autor multa scripserat iniquius in status confederati Belgii & alios. De his admonitus cum censura a Galardo, pleraque, si non omnia, in tertia editione omissa sunt. Hæc etiam cum privilegio Statuum edita. Nil loquitur tamen & hic nonnulla contra Hollandos acriter dicta. (v. g. lib. 1. sec. II. p. 258. & seqq. 29. p. 298.)

Occasio scripti: ejus captivitas. Autor voluit conferre nova axiomata adversariorum suorum cum exemplis omnium temporum & populorum, qui jus gentium aliquo modo venerant sunt. (*Preface de memoires.*)

Scribit non exakte, nec certo observato ordine, cum versetur in scientia maxime incerta & fallibili. (*Memoires* p. 3. 4.)

In tertia editione voluerat equidem autor confusionem priorum

priorum editionum in ordinem redigere ; sed & hic tamen impeditus est, ut propositum non potuerit perficere.

(Dedicace de L' Ambassadeur.)

Autor reflexionum adversus primam editionem, et si non ipse sit affectuum vacuus, (Sed ubique fervor religionis Pontificia & nimia inclinatio in partem Hispanicam appareat. Conf. etiam p. 151.) satis perspicue tamen ostendit affectum odii Wicquefortiani in Hollandos. (p. 106. - 132.)

Et ipse autor in tertia editione (d. p. 3.) eam censuram dif- fiteri nequit, sed excusat infirmitatibus communibus toti hu- mano generi.

His vero suppositis non potuit non autor sibi sapientius contradicere, & censuram aliorum incurrere.

In primaria quæstione de inviolabilitate legati contradic- tiones non paucas ei monstravit Gallardus. (p. 157. & 159.)

Judicium nostrum de eo jam dedimus in differt. Lipsi- ensi, de jure Asyli legatorum ædibus competente. (5. 16.)

Eum concessis præmissis negare conclusionem ostendit Justinus Presbeuta. (de jure legat. stat. Imperii S. 100, p. 200.)

Idem ostendit potest circa quæstionem, quam in loco hic excerpto tractat, de privilegiis ædium legati.

(Nam scopus noster non est, eam quæstionem ex genuinis fundamen- tis hic resolvere, cum ea exposta jam fuerit alibi in d. differto de jure Asyli S. 15. seqq.)

Nam (1) autor nonnisi exemplis probat, quod a quibus- dam gentibus violatum, ab aliis observatum fuerit jus gentium. Modo dicit, non debere exemplum sumi ex facto Crom- velli, modo statim addit, exemplo Thuanii jus gentium con- firmari.

(2) Hic defendit Cromvellum violasse jus gentium, quod fratrem legati Portugallici homicidium dolosum committen- tem, publicè decollari fecerit. Pag. 918, diferte afferit, quod legatus vim faciens non sit inviolabilis, quia hic jus naturæ prævaleat juri gentium.

(3) Si

(3) Similis observatio est, dum JCros Hollandos p. 908. taxat, acsi impertinenter dixerint, quod Sassiū publicē alium vulnerans violaverit jus gentium, cum debuissent dicere, quod violaverit securitatem publicam.

Nihil equidem poterat impertinentius ab autore dici, cum jus naturae & jus gentium sapientissime soleant synonymice usurpari.

Et cui usui distinctio illa inter violatores juris naturae, seu securitatis publicae & juris gentium, si verum est, uti verum est, quod dicit' d. p. 918. quod jus naturale prævaleat juri gentium, i. e. quod violatores juris naturalis non possint allegare immunitatem juris gentium.

Uti vero in omnibus operis paginis juris gentium finis mentio, ita hactenus dicta ostendunt, injuriam non fieri autori, si accenseatur illis, qui ubique jus gentium loquuntur & destituuntur tamen iudicio politico, & qui adeo ad legationes ipsi etiam non multum apti sunt. (vid. cap. præced. med. 2. quis. &c.)

Interim etiam causa appareat, cur tam aestimetur istud scriptum a viris politicis. (vid. que de usu talium scriptorum jam dicimus d. q. s.)

Fundamentalis error autoris in eo consistit, quod ipse non habuerit distinctum & genuinum conceptum de jure gentium.

Uude nec in toto opere ullam juris gentium definitionem tradit.

Et quomodo habere potuisset, cum ipse fateatur, hanc scientiam esse maxime incertam & fallibilem.

Ex hoc errore fluit alter, quod sibi proposuerit jus gentium docere per exempla.

II. Vana doctrina juris gentium per exempla.

Exempla sunt rerum singularium. Jus gentium (ut omnes disciplinae) nititur regulis. Regulae vero oriuntur ex principiis universalibus,

E 2

Unde

Unde de singularibus non dantur regulæ, nec singula-
ria regulam faciunt.

Hinc etiam dicitur, exempla non probare sed illustrare.
Et quatenus faltem illustrant, eorum non requiriatur ve-
ritas.

Exempla vera & ficta dantur tam de actionibus inju-
stis quam de justis, tam de stultis, quam de prudentibus. De
illis tamen vera plura occurrent, quam de his,

(Unde ad ficta spectant exempla heroica in Panegyricis & literis Ro-
mancis.)

Ergo & ex hac ratione exempla non possunt probare
jus gentium aut ejus violationem.

Præprimis cum qui violasse dicitur, id regulariter neget.

III. Justa doctrina juris gentium in exemplis.

Cum tamen exempla doctrinam illustrent, magnus usus
est exemplorum in doctrina omni, & sic etiam in jure gen-
tium.

Regulæ ex abstractionibus universalium constant, ex-
empla ex singularibus sensibiliibus.

Sensibilia maxime perspicua sunt, universalia sunt ob-
sciora.

Optima doctrina, quæ obscura reducit ad ea, quæ sunt
maxime perspicua.

Exempla sine regulis seducunt homines, ut ab eventu
judicent.

Regulæ sine exemplis seducunt homines, ut delecentur
speculationibus & abstractionibus inanibus, quarum exempla
non occurront, vel rarisime.

Duplex methodus tradendi disciplinam in exemplis.

I. Si subjiciantur regulæ exempla. II. Si exemplis ap-
plicantur regulæ.

In lectionibus publicis & ubi sunt auditores promiscui,
preferenda posterior methodus.

(I. Hec)

(1.) Hoc latius exponenda ex dictis de prudentia consult. cap. 2. §.
24. seq.

(2.) Dicenda etiam hac occasione de singulari methodo Lipsi, tradendi doctrinam civitem per sententias antiquorum, item de ejus motis & exemplis politicis; de theatro prudentia seu commentario in Lipsi politicam. De Valerio Maximo. De Petri Aeropagiti Pandectis rerum judicatarum)

IV. Prudentia judicialis in exemplis.

Differentia prudentia judicialis a consultatoria, item a judiciaria. (Ex. cap. 1. de prud. consult. §. 32. seq.)

Judicialis magis exemplis addiscitur, regulas tamen non excludit. [d. c. 1. §. 60. & c. 2. §. 9.]

Et quidem sere isdem regulis utitur quibus consultoria. [d. c. 2. §. 10] nisi quatenus judicialis a consultatoria differt.

Principia sunt: *Exempla sedigenda magis præterita, quam praesentia.* Quia de presentibus vix potest judicari sine periculo.

Et magis externa, quam domestica: Quia periculi plenum est, judicare de factis, præteritis etiam, principum, quorum successoribus subjecti sumus.

Magis tamen vera, quam ficta.

Ficta non habent quidem periculum, & alia multa comoda præstant, unde non plane sunt a doctrina prudentia excludenda. [per dicta ibid. §. 23.]

Sed interim vera præstant. [conf. ibid. §. 22. & Conring. de civil. prud. p. 301.] Nam minima circumstantia variat judicium. At in factis liberius est addere vel demere circumstantias, quam in veris.

[Igitur non tanti fructus sunt etiam collegiorum, ut vocantur, practicorum, quam si quis admittatur ad arcana Advocati vel judicis.]

Igitur attente eruenda omnes facti circumstantiae, Nempe ad decisionem facientes.

Conferendi plures de eodem facto scriptores.

Perpendenda antecedentia facti & consequentia.

E 3

Con-

Constatere debet de fide historici & de verosimilitudine facti.

(Cid, integr, differt, nostram, de fide juridica.)

In judicio ferendo vitanda prejudicia & affectuum & autoritatis.

(Hinc & regulariter melius erit judicare ante inspecta aliorum judiciorum)

Contra quam sit communiter in Academis. Non negligenda tamen planè aliena, vel ut confitemur in judicio nostro, vel ut id corriganus, ubi erravimus.)

Non judicandum, nisi ex regulis recte & mitoris.

(Ergo necesse est, ut & has probè perpendamus, an sint vera vel false. Et ne præcipitemus judicia nostra, nisi iam intelligamus principia rectæ rationis.)

Et harum intuitu secernenda regula honesti, justi, decori, utilitatis.

In rectè formando potissimum statu controversia, & secernendis quæstionibus.

(Principia justi, honesti, decori, dedimus in fundamentis Juris Naturæ & Gentium e. o. utilis, in lineis de prudent, consult. c. 4. seq.)

In ferendo vero judicio conjungenda iterum hæc omnia.

(Quia prudens factum demum illud est, ubi bona hæc omnia suæ obtenta, aut, si omnia non potuerunt obtineri, ubi saltem potissima. Sunt & imprudentis gradus diversi secundum distinctionem boni, justi, decori, jucundi. Conf. fund, jur, nat, & gent, c. 6, n. 72. seq.)

V. Scopus & fructus harum lectionum.

Operam dabimus, ut recensitas regulas in his lectionibus observemus.

Ut Auditores varios earum fructus sentiant absque nausea, & variatione reddantur attentiores.

Si modo notitia honorum autorum cum iudicio de iis proponatur;

Modo exerceatur judicium eorum in examinanda fide autoris & verosimilitudine factorum;

Modo ostendantur media eruendi circumstantiarum non memoratarum verosimilitudinem;

Modo

Modo principia honesti, justi, decori, utilis, ex quibus
judicium ferendum, exponantur &c.

Ita etiam multi excitabuntur ad legendos bonos & utiles
in vita civili autores.

Multi palpabunt defectum communem, & erroneam per-
suationem, quasi nempe Studiosos Juris, etiam nobiles, non
deceat scire bonas artes, & literas humaniores, ac prudentiae
civilis fundamenta, sed sufficiat febriculosa juris justiniæ
notitia.

Erita excitabuntur, ut lectiones & collegia professorum,
tam necessaria studia systematicè exponentium, diligentius
frequentent.

CAP. IV.

CURA MILITUM NON BENE VA- LENTIUM.

PLUTARCHUS,

in Solone circa finem p.m. 90. ex interpret. Xylandri.

Pisistratus rerum poritus, ita demereri Solonem perrexit;
omnique honore & observantia colere, ut eum & con-
siliarium habuerit, & multarum suarum actionum lauda-
torem. Pleraque enim Solonis leges retinuit, ipse iis stans,
amicosque ut idem ficerent cogens: Adeoque homicidii
causa in jus apud Areopagitas vocatus, cum jam tyranni-
dem gereret, moderate ramen ad dicendam causam adfuit:
actor autem non respondit ad nomen. Ipse etiam alias le-
ges sanxit, quarum e numero est ea, qua ii, qui in bello mem-
brum aliquod amississent, publice alijubentur. Heracles
hoc ante a Solone de Thersippo mutilato decretum, tum
Pisistratum imitatum tradit. Legem quoque de ocio (si
Theophrastum audimus), non Solon, sed Pisistratus posuit:

qua

qua & agrum' coli diligentius, & urbem tranquilliorene
fecit.

MEDITATIONES.

I. Solonis & Pisistrati comparatio.

Breviarium vita Solonis. (ex Platarcho, Laerrio, Meurso.)
Et Pisistrati. (ex Autorebus in Delt. Morerian & Hoffmannia-
no citatis scripsi & Meursii Pisistratum.)

Communiter Solon præfertur Pisistrato, tanquam
unus ex septem Græcæ sapientibus, & qui civitatem
Athenensem maximè salutaribus legibus prudenter instruxè-
rit, tyranno.

Maximè subiectæ sunt dubitationibus assertions compa-
rativæ.

Cum nihil sit in orbe, quod non diverso respectu & bo-
num & malum;

In comparatione hominum vero sapientia regnat affectus lau-
dantium vel vituperantium, & præjudicium autoritatis.

Unde alibi ostensum paradoxum: Imperatorem pessimum
meliorem optimo, Julianum Trajano.

Imo Julianum majoribus virtutibus moralibus fuisse pro-
ditum, quam Constantini M.

Ergo videndum, annon de comparatione Solonis & Pi-
strati eadem ferenda sententia.

Sane, quæ de septem sapientibus communiter creduntur,
parum movebunt cogitantem, quod de iis magna fuerit dis-
fensio & variatio antiquorum, & quod præstantissimi viri de
eorum sapientia dubitaverint.

(Lietr. lib. 1. Sect. 13. 30. 40. seq. Menag. ibid. Cicero de orat. lib. 3. c. 34.

Tuscul. q. 6. lib. 1. c. 5. de amicitia c. 2. & 15.)

Ipsius vero Solonis sapientiam, si ex legibus ejus asti-
manda foret, tantam non esse, alibi ostensum.

(Differ. nostr. de cons. mor. cum jure scripto §. 37. 38. Lectiones de pru-
denzi. legibus, cap. 3. n. 22. 23.)

Pisistra-

Pisistratus autem propter singulares virtutes & eloquentiam & à Solone & à Cicerone commendatur, in tantum ut tyrannorum optimus fuerit dictus.

(Laert., l. 1. Sciz. 67. & ibi nota Variorum, & Menagius.)

Neque enim tum tyrannus denotabat regem male gubernacula rep. gerentem, sed regem simpliciter.

Jam ex ipsis septem Græciæ sapientibus Periander tyranus fuit.

(de quo Laert. lib. 1. Sciz. 94. seq.)

Et Pisistrati sapientia vel ex eo apparebat, quod perfectiore lege cives allicuerit ad fortiter pugnandum, quam fecerat Solon.

Solon enim saltem constituit, ut eorum, qui in præliis occubuerint, filii è publico nutriendi erudiendique sint. At Pisistratus etiam de ipsis militibus, qui in bello mutilati sunt, publicè alendis legem tulit.

(Laert. l. 1. Sciz. 56. & ibi Menagius.)

II. Gloriosa Principi militum cura.

Si Apellis Alexandro de pictura differenti datum monitum omnes admonere debet, ne de re loquantur, quam non intelligunt; certe Scholæ & Academiæ bene faciunt, si de arte militandi & aliis negotiis bellicis vel taceant, vel paucissima loquantur.

Et valde vereor, ne militiae periti vel ad indignationem vel ad risum magis irritentur, si quis cum Lipsio (*Polit. l. s. c. 1.*) dicto acuto Isocratis audaciam hanc tueri velit, quam si sine eo conatu consilia bellica det.

Alia togæ, alia sagi ratio est, alia jura, alia consilia. Et bellum uti status extraordinarius est, ita non potest convenire cum regulis pacis.

At Academiæ seminaria debent esse Reipublicæ togatae non sagatae.

F

Uti

Uti vero bellum omne ad pacem tendit, ita quædam negotia belli sunt, quæ cum pace communes agnoscunt regulas.

Et ex duplice relatione Principis belli gerentis, illa saltem à Muis aliena est, quæ ad hostem refertur; in altera, quæ ad milites multa capita sunt ex prudentia civili togatâ derivanda. Nam cum militibus suis Princeps vivit in statu pacis.

Militia mercenaria hodie communiter recepta præ selecta, quæ olim magis in usu erat.

(Rationes cur id factum, & an melius sit, uti militia selecta, quam mercenaria, peculiarem meditationem desiderat.)

Mercenaria vere dicitur, sed intuitu militum gregariorum, utpote quorum merces, etiam si promptè solvatur, vix tanta est, ut tenuissimè vivere posint, & qua pacis tempore vix contentus esset mercenarius.

Et nihilominus pro hac mercede milites obligati sunt quotidie vitam exponere & molestissimos labores ac tædiosissima incommoda patienter ferre.

Etsi vero Princeps eriam mercenarios ad militiam cogere posset, si jure suo strictius uti velit, præstat tamen haud dubie, si milites sponte sequantur.

Unde potius alliciendi milites ad militiam, quam vi adigendi.

Duo autem sunt scopi sponte militantium, honesta gloria cupido, & insana parum honeste vivendi cupiditas.

Veri sunt milites & Duci ac reipublicæ utiles, qui primum scopum sibi proposuerunt; Latrones contra & carcinomata militæ, qui secundum, nec ducibus parentes, nec fide, nec fortitudine præstantes.

(Pulchre eos describit Leonhardus Fronsbergerus im Kriegs-Buch p. 11 lib. 6. sub rubrica, Federhansen / Eissenbeisser / Wölff oder Spitz-Knechte zu erkennen. fol. 89.

Integrum caput vel ideo studiosis prælegendum, quia talium militum se.

seminarium est etiam licentia nimia Academica, & vana juvēnum
perīfatio, de larvata quadam gloria studentica.
Plura ea in rem dicenda ad ductum eorum, quæ reperiuntur in differt,
de felicit. subdit. Branden. §. ult.)

Ergo militia mercenaria non plane opponenda selec̄tr,
ita ut nullus selectus hic adhibeatur, & omnes indistincte se
ad militiam offerentes recipiantur, sed & hic opus est prudē-
tia, ut alliciantur idonei, avertantur contra inidonei.

Non melius autem uteque finis obinetur, quam si &
præmia & pœnæ æque in statu militari ac in statibus reliquis ci-
vium florent. Hæ enim duæ columnæ sunt, quibus solis fe-
rè nititur felicitas Reipublicæ politica.

Unde duæ sunt virtutes præcipuae Principis belligerantis se-
veritas & humanitas, quarum una si careat, speratum finem non
obtinebit.

Sed juste & prudenter temperatæ. Sine prudentia enim
& justitia nulla virtus.

Hinc æquè noxiæ humanitas Principis erga immitterentes
vel merentes male, & severitas erga bene merentes.

(De severitate forte dicetur alibi. Interim commendandus Polybius
lib. 6.)

Humanitas justitiam quidem includit, sed plus est.

Inde non sufficit promta solutio mercedis, quam justitia
postulat, quamvis denegatio ejus & cunctatio sufficiat ad per-
dendos belli prudentis fructus.

Sed requiritur insuper, ut præmia dentur vultu sereno,
promte, liberaliter.

Nec timendum, quod æxarium non sit suffictrum ad ea-
dem distribuenda.

Honorum cupidis non danda pecunia, sed præmia hono-
rifica, quæ non magnas impensas requirunt.

Interim tamen etiam subveniendum indigentia, vel saltem
ex fructibus victoriae.

Et providendum, ne milites ægrotantes, vel fauci, vel
muti-

mutilati pereant, sed ut qui pro salute patriæ pugnantes inepti facti sunt ad acquirendum panem quotidianum, etiam à patria sustententur.

Hinc maxime gloriosum Principi, si vulneratorum curam gerat, & his maxime humanum se exhibeat.

Unde eam in rem valde commendantur Hannibal, Alexander, Metellus, Cæsar, Trajanus, Philippicus, Alphonsus, Johannes Austriacus.

Sed illa quidem humanitas & gloria non tanta est, quam eorum Principum, qui prospicerunt militibus, etiam eo tempore, ubi amplius servire nequeunt. Nam & alias parum humani, eos quorum opera indigent, humaniter ambiant

Quare Pisistratus non melius bonam & benignam indolem suam declarare potuisset, quam lege illâ de publice sustentandis militibus mutilatis latâ.

Eum imitati & alii Principes ac Statûs, Alexius Imperator Constantinopolitanus. Varii Reges Gallie, Elisabetha Anglie Regina &c. domus publicas pro curandis vulneratis & mutilis militibus extrui curantes.

Commend, ad ulteriore meditationem Polybius lib. 6. Onosander Strateg. c. 33. 34. Chokier ibid, in notis: de la Noue disc. Po litiques, & militaires disc. 17. Knichen Op. Polit. lib. 2. Part. 4. c. 7. th. 14. p. 234.)

Maximè vero his seculis talibus institutis est opus, postquam invento usu pulveris pyrii in bello frequentiores sunt occasiones ineptos reddendi milites ad laborandum salvâ vita.

Neque sufficiunt eum in finem monasteria, etiam apud Principes, ubi monasteria abundant, quia monachi ignavo dediti otio non possunt ferre homines laboris assuetos. (De la Noue disc. 17.)

Unde optandum, ut tales domus ab omnibus Principibus fundarentur, tanquam ex quarum fundatione etiam multa damna caverentur, quæ alias Respublica necessariò timenda habet, si ejusmodi milites negligantur.

III. Prin-

III. PRINCIPIS REGII amor militum.

Non tuta pax est sine studio belli. Et prudentis Principis est etiam in pace cogitare de bello.

Rara temporum felicitas, diuturnâ frui pace.

Et ipsi pacis Principes belli curam negligere nequeunt, si circumflagrantibus belli flammis subditis suis quietem in turbis parare velint.

Et rara adeo felicitas etiam, pace frui in mediis bellis.

Felices adeo nos, qui per Dei gratiam & sapientiam REGIS NOSTRI, hâc felicitate haec tenus gavisi sumus.

Sed valde metuendum, ne flamma belli undiquaque flagrans tandem & quietem nostram turbet.

Tot, quotidie progerminantibus discordiarum seminibus in imperio, ut secura & universalis pax magis optanda quam speranda sit.

Unde bonum omen pro futura etiam felicitate harum regionum capiendum, quod REGIUS PRINCEPS tantas virtutes bellicas spiret.

Et mirifice non solum milites amet, sed & omnem curam eo intendant, ut curandis fauciis militibus & ad pugnam non amplius aptis extruatur ædificium ac sufficientibus doteatur sumitus.

(Dicendum: cur in tanta dicendorum copia de virtutibus REGII PRINCIPIS, de modo extruendi talia ædificia, de jure & privilegiis eorum, de pertonis in idem recipiendis, earundemque jure & officio, de mediis ad sumitus eam in rem necessarios comparandos idoneis, hic abrumpamus.

De Principum actis subditus noui nisi cum summa veneratione loqui debet,

Et melius sepe testamur reverentiam nostram venerabundo silentio, quam ineptis encorniis.

Non est prudentis dare consilia si non sit rogatus, etiam si privatis & paribus.

Maxime decet & virum & civem bonum, omnem effugere suspicionem adulacionis.

Ergo multo magis id decet doctorem Academicum.

Sed effugere nequit, qui viventes laudat & potentes, et si laudem maxime meritos.)

C A P . V .

P A T R O N I E T C L I E N T E S R O M A N I .

D I O N , H A L I C A R N .

antiq. Rom. lib. 2. c. 9. 10. 11. interprete Gelenio & Sylburgio.

Romulus porro postquam discrevit potiores ab inferioribus, mox legibus latius prescripsit quid utrisque faciendum esset: Ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, ius redderent, secum remp. administrarent, res urbanas obirent: plebeji vero, ab his negotiis immunes (quippe quia talium impremiti essent, nec vacare per inopiam eis possent) agros colerent, pecora alerent, exercerent questuosa opificia, ne seditiones orirentur, sicut in aliis civitatibus, dum inferiores a potentioribus cubito protruduntur, aut egeni ac viles eminentiорibus invident. Commendavit enim patriciis plebejos, optione cuique e vulgo data, ut, quem vellet, patronum sibi legeret. Mossane gracus & antiquus, quo du Thessali usi sunt, & Athenienses prisci, sed tum receptus in melius. Illi enim superbe utebantur clientibus, opera eis injungentes, que non conveniunt liberis; & si quando iussa non fecissent, intentantes verbera; ad cetera quoque abutentes tanquam empiciis. Hos Athenienses δῆτας vocabant, ob ministeria, Thessali vero, πένεσαι, ipso vocabulo fortunam eis exprobantes. Nam πένεδαι graci significat pauperem esse. Romulus contra & appellatione decora hoc negotium coboneſtavit, patronatum nomimans tutelam pauperum & abjectorum, & comoda utrisque addidit, officia, excogitata civili & per hu-

MANA

mana copula. Jus illud patronatus a Romulo tunc prescriptum, diuque a Romanis observatum, hujusmodi constabat officiis. Patronos oportebat clientibus respondere de jure, cuius illi rudes essent; & absentium aque ac praesentium curam gerere, facientes quicquid pro filiis parentes solent facere, quod ad pecunias & pecuniarios contractus attinet & lites pro clientibus suscipere, sive contra ius in contractibus afferretur detrimentum: itidemque si in ius vocarentur, sustinere accusatoris impetum: & ut compendio dicam, quietem eis, qua maxime opus haberent, parare a privatis publicisque negotiis. Vicissim clientum erat, patronos in elocandis filiabus juvare, si eis parum esset pecunia, & si vel ipso, vel eorum filii capti essent pretium hosti dependere: privatuarum quoque litium perditarum estimationes, & multas publicas pecuniarias, pro eis solvere, idque sumtu proprio non sanore, sed gratis: in magistratibus item, & muneribus gerendis, ceterisque publicis impendiis, summum partem non minus quam genere propinquos sustinere. Commune autem utrisque erat: ne fas aut jus esset alteris accusare alteros, aut adversum dicere testimonium, ferreve suffragium, aut cum inimicis examinari. Quod si quis deprehensus esset aliquid horum facere, tenebatur lege de proditionibus, quam sanxit Romulus: convictumque ejus criminis cuivis fas erat, ut Diti sacrum, interficere. Mos enim erat, Romanis, quos vellet impune occidi, eorum corpora devovere Deo cuiquam, precipue Diis inferis. Quod tunc quoque fecit Romulus. Quapropter per multas etates permanuit mutua Patronorum ac Clientum copula haud secus, quam cognatae necessitudines, posteris per manus tradita: & maxima

maxima laus erat nobilium, habere clientes quam plurimos, non hereditariis tantum clientelis conservatis, verum etiam novis propria virtute partis: ingensque certamen erat utrisque ne vincerentur mutua gratia & benevolentia, dum clientes patronis omnia pro virili obsequia prestare nitebantur, & vicissim patroni nullis corrupti munericibus poterant ut clientes molestari sinerent. Tanta illis erat in omni vita continentia; & felicitatem virtute, non fortuna metiebantur. Nec tantum in ipsa urbe plebs sub patriciorum erat patrocinio; sed & coloniarum, & sociarum atque amicarum civitatum, & bello subactarum, suos queque habebat tutores ac patronos, quoscumque vellet e Romanis: & sepe numero senatus controversias civitatum ac gentium ad earum patronos remisit, eorumque judicia rata habuit. Adeoque ab his initiis ex autoritate Romuli firma Romanis coailuit concordia ut per septingentos viginti annos nunquam ventum sit ad sanguinem & cedem mutuam, multis licet ac magnis inter plebem & honoratos exortis controversiis de republica, ut fieri solet in omnibus tam parvis quam magnis civitatibus: sed persuadentes atque edocentes mutuum, & partim concedentes, partim impetrantes a volentibus, civiliter componebant expostulationum negotia. Ex quo autem Caius Gracchus tribuniciam potestatem naelus, perturbavit civitatis concordiam, nondum deserunt se mutuum occidere, & ex urbe in exilium ejicere; nullum nefas non audientes ob victoriam. Verum de his alias fiet magis opportuna mentio.

MEDI-

MEDITATIONES.

I. Studium antiquitatum Romanarum.

Antiquitatum Romanarum studium non solum elegantiorum litterarum, sed & juris Justiniane studio per quam necessarium.

Quia sine illis non potest intelligi sensus legum. Neque defetum hujus scientiae supplere possunt lexica juridica, etiam optima.

Non magis, ac si Germanus putaret, se explicare posse erudite speculum Saxonum & Svecicum sine intimo notitia antiquitatum Germanicarum ex Lexicis Lindenbrogii, Dufresnii, vel etiam, si jam editum esset, Schilteri.

Interim tamen laborant Academiz plerique adhuc communi neglectu & contemtu studiorum elegantiorum.

In causa sunt etiam doctores superiorum facultatum, etiam juridicæ.

Hujus causa vero est, quod primi glossatores antiquitates Romanas strenue ignoraverint, & tamen integros commentarios conscripserint ad totum corpus juris.

Et quidem, quod negari nequit, meliores commentatores ad totum corpus juris nondum habemus.

Unde & hodie JCtissimus haberur, qui istas glossatorum opiniones per traducem in successores propagatas memoriter teneat.

Præprimis cum juvenes doceri debeant ea, quæ obtinent in praxi.

At vero obtinent istæ glossatorum omni antiquitatis studio destitutorum opiniones.

Ut taceam istum modum exponendi maxime conducere ad stabiliendam autoritatem docentium, ubi sola autoritas pro ratione habetur.

G

Quare

Quare jam glossatorum tempore in judiciis prudentius erat glossam allegare, quam textum.

Et hodie igitur consultum est, (ad autoritatem hanc & venerationem stabilendam, ut quæ multum facit ad continendam in ordine juvenum ferociam,) contemnere studia antiquitatum, & disvadere ea studiosis.

His rationibus quam speciosæ etiam & allicientes sint facile responderi potest.

(Respondebimus in discursu, ne meditatio hæc nimium chartæ ablutatur.)

Sufficiet tamen iis, qui studia sua ad laudem & divitias dirigunt, ut bona fide moneantur, operam dare studio literarum elegantiorum & antiquitatum romanarum, cum longe alius sit seculi novi gustus, quam qui fuit præcedentis.

In tantum, ut post Conringii, Pufendorffii, aliorumque virorum celeberrimorum doctrinas vix in ultima eruditorum classe censeantur, qui ultra scientiam glossatorum non sapiunt;

Et ut ea Academizæ præ reliquis maxime florent, ubi doctores superiorum facultatum & studio elegantiorum literarum & antiquitatum ipsi incubuerunt, & auditores suos eo manuducunt, ut vel nostræ Academizæ exemplum docet.

At quomodo jam illud studium facilime parandum? Caveant studiosi, ne putent se compendium facturos in re tam multiplici, si antiquitates romanæ a Demstero, Rosino, Kippingio &c. collectas diligenter evolvant.

(Sunt enim hi quidem loci communes, nonnullius usus adultis. Interim non ubique bene digesti, saepius obsecuti, nonnunquam male referentes.)

Idem judicium esto de pretioso alias opere & digno Bibliothecarum ornamento, Thesauro Græviano antiquitatum Romanarum.

(Recens, ejus libri scopus & contenta.)
Sunt qui valde commendant Sigonii libros de antiquo jure civium, Italia & Provinciarum Roman. Nec abnuo, sed magis consentio, cum melior autor non succurrat.

(N)

(Ni fallor Gravilus in prefat, ad Tomam aliquem Thesauri Antiq. Roman. dicit, se studiis juris commendare, ut cum attentione prius perlegant prefatos Siganii libros.)

Interim tamen dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Et Siganii diligentia ad rivulos pertinet. Fontes Antiquitatum Romanarum sunt Dionysius, Livius, Plutarchus.

II. Dionysius, Livius, Plutarchus.

Judicia & encomia varia de his scriptoribus.

(Ex Vayerio T. 3. p. 53. f. 179. f. Whearo de ratione legendi historias p. 1. f. 7. 16. p. 55. f. q. & f. 17. p. 57. & 59. Rapino in comparatione Thucydidis & Livii, Cataubono Praefat, ad Polyb. p. 45. & 54.)

Dionysius ab omnibus Criticis, & præcipue a Scaligero præfertur reliquis, quoad Chronogiam etiam Livio.

Nos insuper præferimus ratione perspicuitatis & circumstantiarum historicarum, item ratione judicii in orationibus, & quod in antiquitatibus romanis, potissimum ad formam reip. pertinensibus, alios omnes sit superflusus.

Praferendus etiam Livio, quod hic nimius sit in portentis, & fabulis falsorum miraculorum.

Etsi Dionysius hic non plane sit immunis, ut exempla eorum, quæ de Acti Navii miraculo, de Castore & Polluce pugnantibus pro Romanis, de fluviorum cursu cessante in favorem Romanorum, de statua loquente &c. narrat, docent.

Post hunc vero Livio carere non possumus, quia Dionysii quæ restant saltem pertingunt ad tempora legis XII. tabb.

Reliquæ ergo usque ad tempora Imperatorum petenda sunt ex Livio, & supplementis Freinsheimianis, quæ pariter commendanda sunt tanquam scriptum par antiquis.

Qui Dionysium & Livium cum attentione perlegit, quod commode intra sex mensium spatium fieri potest, is majorem fructum sentiet in omni eruditione, quam si triginta annos sudasset in excerptis glossatorum & pragmaticorum etiam optimorum magnis repositorii vel integris bibliothecis.

G 2

Post

Post hos legendus Plutarchus, alia videlicet methodo in vitiis virorum illustrium & eorum comparatione utens, & variatione jucunda tedium repetitionis multarum rerumjam ex Livio cognitarum tollens.

(Studium horum trium autorum est præcipua causa, cur tantopere ab eruditis tanquam sapientes Græcæ astimati fuerint, ex Gallis Michael Montanus & Motheus Vayerius, de quibus quædam dicenda.)

III. *Sensus loci excerpti.*

Sententia Plutarchi patricios a patronis deducentis & rete notati propterea a Daciero. (*in not. marg. ad Plut. Rom. p. 116.*)

Nec probabile valde, patronos dictos a quodam patrono, referente eod. Plutarcho. Cur non a patre patronus dici potuit, uti a matre matrona?

Cæterum idem sensus Dionysii cum Plutarcho, dum hic refert Romulum divisisse populum in patronos & clientes.

Parum tempestiva censura Dacieri [in notis p. 181.] & parum cohærens.

Si enim non ex populo sumti patroni, quia privatus non ausus fuisset se alterius privati patrocinio submittere, non etiam poterant ex nobilibus sumi, quod tamen vult etiam Dacierius.

Falsum vero, Romulum prius nobiles separasse a plebe, & deinde nobilium classem distinxisse in Senatores & patronos, quia falsum quod supponitur, Senatores non fuissent patronos, nec esse potuisse.

Nec hoc ultimum deficiente autoritate probatur per inconvenientiam in republica, si Senatores etiam fuissent patroni.

Nam si hoc argumentum valeret, tota divisio in patronos & clientes falsa foret, quia mox ostendemus totam fuisse reip. Romanæ noxiā.

Legis Romuli meminit autor, quod pro proditore haberi debeat patronus vel cliens fidem violans. Eam non recensuit Fr. Balduinus, retulit tamen Pandulph. Pratejus. [*in Juris prud.*

prud. *ret.* p. 197.] sed non rite effert his verbis : *Plebei, quem sebi ex patriciis paronum volent, deligunto.*

Patricii etiam in clientelam recipiebant integras provincias ac urbes. [Dacier, *in not. ad Rom. Plut.* p. 182.]

Scribit Plutarchus, tandem dedecori habitum, si patroni a clientibus acciperent pecunias. Nescit Dacierius [*in norio p. 182.*] quando patroni cessaverint pecuniam accipere a clientibus.

Haud dubie respexit Plutarchus ad legem Cinciam.
(Brummer. *ad L. Cinciam c. 2. p. 21.*)

IV. *Dionysii judicium examinatum.*

Putat Dionysius distinctionem populi in patronos & clientes esse morem gracum, sed in melius emendatum a Romulo.

Mihi non videtur : Cum ex ipsis Dionysii verbis posit demonstrari contrarium.

Etenim summa totius discursus Dionysii eo redit, gracorum patronos clientibus usos fuisse superbe, Romanos vero avare, inique & ambitione.

Otentum hoc ex verbis Dionysii.

De superbia græcorum : in versic : *Illi enim superbe &c.*

De Romanorum patronorum avaritia in versic : *vici sim clientum erat &c.*

De iniquitate in versic : *Commune autem utrisque &c.*

De ambitione in versic : *Et maxima laus erat nobilium.*

Igitur nihil hic inservit sententia Dionysii, quam quod Romulus civiliori nomine patronorum & clientum obvelaverit magis iniquitatem juris patronatus, quam græci fecerant.

Nostram sententiam ulterius probant observationes sequentes.

Species saltem benignitatis erat, quod patroni clientibus de jure responderent : [Vide *Novos Juriapri. Antejust.* lib. 1. c. 3. & 4.]

At quanta erat avaritia, quod clientes tenerentur pro tantillo

officio patronorum tantas summas pecunia in tot occasionibus solvere?

Nulla ergo hic erat proportio inter officia patronorum & clientum.

Illud vero caput de prohibita utrobique accusatione & adverso testimonio sub pena proditionis, et si videatur æquum jus continere, revera tamen maxima latebat iniquitas.

Nam ita deterrebantur sub metu gravissimæ penæ clientes conqueri de patronis, etiamsi maxima injuria ab ipsis premerentur.

Contra patronis mille occasions suppeditabat ipsorum potentia & indigentia clientum, ut injurias a clientibus illatas circa accusationem vindicare possent.

Porro cum eminentior reliquis haberetur, qui plures clientes haberet, necessario studium augendi clientelas inflabat ambitionem hominum laudis cupidorum & occasionem suppeditabat factionibus.

[Simile quid exitio fui Germanorum libertati. *Magna & comitum amulatio, quibus primus apud principem suum locu, & principum, cui plurimi & accerrimi comires. Hec dignitus, in Gres, magno semper electorum jucenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium.* Nec solum in sua gente cinq[ue] sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat: experuntur enim legationibus & munieribus ornantur, & ipsa plerumque fama bella profligant, Tac, de M. G. c. 13.]

Quod vero Dionysius dicit, inter patronos & clientes ingens intercessisse certamen mutua benevolentia, in eo videtur ludere voluisse externa actionum specie.

Nitebantur utique clientes patronis mutua prestare obsequia, sed non impulsu benevolentia sed metu damni.

Contra patroni nullis corrumphi muneribus poterant, ut clientes molestari finerent. Credo.

Quis enim majora ipsis munera dedisset, quam accipiebant a clientibus?

OEDMO

E

Et

Et solent alias etiam homines truculenti injuriam sui interpretari, si quis mancipiis eorum (quæ non amant) molestias faciat.

Sed & illud maxime promovebat similitates inter potentes & tyrannidem in plebejos, quod coloniis & civitatibus amicis & bello subactis liberum relinquebatur, ut, quoscumque vellet, e Romanis haberent tutores & patronos &c.

Et tamen Dionysius audet huic instituto adscribere concordiam 720. annorum & Gracchi, tribunitia potestati adscribere turbationem quietis communis.

Cum tamen retentæ huic patronorum & clientum distinctioni post ejecatos reges, si non unice, certe tamen maxime adscribi mercantur omnes turbae civiles inter plebem & patricios, omnia itidem bella civilia, & redactio reipublicæ in potestatem unius.

Quomodo enim hoc discrimine salvo poterat liberæ reipublicæ species saltem animo concipi, quam tamen promiserant plebi patricii, cum Tarquinium ejercent.

Quin potius juribus patronatus abutebantur patricii ad supprimendam plane libertatem plebis.

(Est enim inter obsequium clientum & obedientiam subditorum auctoritatum servorum exigua differentia, & facilimus ab una ad alteram transitus. Ut in navi constitutus inter vitam & mortem.

Possunt ad illam rigidam defensionem juris patronatus referri omnes lites patriciorum & plebis de duricie fœnbris pecuniarum.

(Quanta iniquitas! Clientes cogebantur omnia gratis impendere pro patronis. Et patroni, homines sœpe ditissimi nolebant indigenibus clientibus gratis credere exiguas summas pecuniarum.)

Et de legibus agrariis.

(Vide excerpta de his litibus in nov. *Juriopr. ante just.* p. 140, seq. & p. 2, s. item p. 13.)

Suppressa denique variis artibus plebe patroni factionibus semel adfveti oppugnabant se ipsos.

Inde

Inde lanienæ Marii & Sylla. Inde duplex Triumviratus,
Inde diætatura Cæsaris & imperium Augusti, ac dominatus Ti-
berii,

(Commend. ex antiquis prætrmissis Appianus, ex hodiernis Autor hi-
storiæ primi & secundi Triumviratus gallice scriptæ.)

Fallit Dionysius, quod ante Gracchum in illis contro-
versiis inter plebem & patricios nunquam ventum sit ad san-
gvinem.

Contrarium docent exempla Sp. Melii & T. Manlii,
quorum uterque, quod plebis miseria contra tyrannidem pa-
triciorum honestissimis modis subvenire tentaverit, sub præ-
textu falsorum criminum illegitime occisus est.

(Conf. n.º 9. Jurispr. Antejuſt. p. 9. 10.)

Eadem patrum injusitia adversus Gracchos, qui adeo
eadem falsitate, tanquam primi autores ruptæ inter patricios
& plebem concordiæ, hic a Dionysio nominantur.

(Conf. Euremont, Reflex. sur les dix. gen. du Peopl. Rom. p. 75. seq.)

Commendandus hic liber, minimum quad intentionem, & fa-
pum, contra intempestivos & nimios admiratores Romanorum,
e.g. Alb. Gentilem de *justitia armorum romanorum*.

CAP. VI.

CONTROVERSIÆ JURIS DUBII.

CICERO,

de inventione Rhetorica lib. 2. c. 51.

Definitio est, cum in scripto verbum aliquod est positum,
cujus de vi queritur, hoc modo: LEX, qui in ad-
versa tempestate navim reliquerint, omnia amittun-
to: Eorum navis & onera sunt, qui in navi reman-
serint. Duo quidam, cum jam in alto navigarent, & co-
rum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quen-
dam

dam natantem, & manus ad se tendentem animadverte-
runt: misericordia commoti, navim ad eum applicaverunt,
bominem ad se susciterunt. Postea aliquanto, ipsos quoque
tempestas vebementius jactare capit, usque adeo, ut domi-
nus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confuge-
ret, & inde funiculo, qui a puppi religatus scapham anne-
xam trahebat, navim, quoad posset, moderaretur: Ille au-
tem, cuius merces erant, in gladium in navi ibidem incum-
beret. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit, & na-
vi, quoad potuit, est opitulatus. Sedatis autem fluctibus,
& tempestate jam commutata, navis in portum prodebitur.
Ille autem, qui in gladium incubuerat, leviter sauciis facile
est ex vulnere recreatus. Navim cum onere, horum trium
suam quisque esse dicit. Hic omnes scripto ad causam acce-
dunt, & ex nominis vi nascitur controversia; nam & re-
linquere navem, & remanere in navi, denique navis
ipsa quid sit, definitionibus queritur.

MEDITATIONES

I. Controversia veterum Rhetoricae.

Maxima differentia est inter oratorium veterum & hodi-
ernam Academicam.

Illam enim docebant homines negotiis civilibus adsueti,
in lingua cujusque patria, eos qui & ipsi se ad talia negotia ap-
plicabant, & jam maturioris erant judicii aut certe majorem
dabant operam judicio quam memorie exercenda.

Unde & longe aliae erant institutiones oratoria, quam
qua hodie in scholis regnant.

(Commend. Quintil. inst. orat. & Tami' duo Oper. Cicer. oratorii. La-
tet in orationibus Ciceronis thesaurus Antiquitat. Romanarum
& juridicarum, quem post tentatam diligentiam non spren-
dam

dam Francisci Hotomanni nondum referavit ullus. Notæ variæ
rum in Ciceronem magis grammaticæ, quam historicæ vel Poli-
tice. Similis thesaurus in Epistolis Ciceronis vulgo neglectus.
Cfasson de l' abbé de S. Real.)

Alia exempla viva, publica, quotidiana.

Alia themata orationum scriptarum seu exemplorum
mortuorum.

Aliæ exercitationes, quæ primario tendebant ad judicium
exercendum, non neglecto tamen decoro & ornatu dicendi.

Qui potissimum quarebatur in perspicuitate & viva ac
sensibili rerum & negotiorum descriptione, ac coloribus eo-
rum ex argumentis topicis artificiose quæsitis, cum insinua-
tione in animos auditorum per figuræ affectuum motrices ri-
te applicatas, & decentes oratoris gestus.

(Commend, liber de Mons. Conart de l' Action de l' orateur, transla-
tus in lingua latinam Helmst. 1690. 4to.)

Ad judicium exercendum adhibebantur pro diversitate
generum oratoriorum controversiæ difficiles & dubii juris,
questiones dubiæ deliberationis, res & persona dubiæ vel su-
spectæ bonitatis.

Hic vero ad scopum obtinendum multa singebant do-
centes, nec inutiliter, cum exemplorum non requiratur veritas.

Tales sunt omnes controversiæ Quintiliani & Senecæ.

Plerumque & casus & leges, ex quibus casus essent de-
finiendi, erant ficti. Quandoque tamen, quamvis raro, ad le-
ges veras quarebantur casus ficti.

(Hujus exemplum habes lib. 1. ad Heren. c. 13. juncto lib. 2. de
inveni. Rhetor. c. 50. Huc pertinent verba Ciceronis d. lib. 2. c.
4. Nihil prohibet, fictam legem exempli loco ponere, quo fas-
cilius res intelligatur.

Hinc cavendum maxime ne leges, quas supponunt, pro veris habeas
mus & ex principiis prudentiæ legislatoria eas examinemus.)

Neque solliciti erant in ista fictione, ut respicerent, an le-
ges & casus ficti facile essent dabiles : quia, quo intricatus es-
set exemplum, eo magis putabant exerceri judicium,

(Maxime

(Maxime hic sp̄ctat exemplum Ciceronis d. l. Meretrix coronam auream ne habeto. Si habuerit, publica esto.)

Ita vero non poterat non evenire, ut casus definiendi valde redderentur dubii, & in utramque vel tertiam etiam aut quartam partem disputabiles.

(Talia sunt pleraque exempla in libris Quintiliani & Seneca.)

Talis etiam est casus pr̄sens ex Cicerone excerptus, ut mox patebit.

II. Damnum juris studiorum ob neglectam orationem
veterum.

JCtū ex quibus Pandecta composita doctrina illa oratoria erant imbuti.

Unde & ipsi adsceti erant postea, ut in explicatione legum de casibus factis essent solliciti, qui nec exciterant, & sepe etiam rarissime existere poterant.

Tales sunt plerique, qui in eorum commentariis ad leges occurunt.

At in libris responsorum magis continentur casus, qui in ipsis rerum argumentis obtinuerant, non tamen omnes. Nam & sepe JCtū JCtos consulebant de speculationibus subtilibus & questionibus Domitianis.

Ista non intelligens Tribonianus, cuius temporibus schola oratoria aliam plane faciem nocte erant, postquam videlicet Christiani facti erant Romani, impertinenter fecit, quod corpus juris repleverit casibus, & quidem maximam partem rarissimi usus.

Cum tamen leges deberent ferri ex eo, quod sepe fit, non quod semel aut bis.

Majus damnum sentiunt studiosi juris hodie ex neglecta oratoria veterum in omnibus Academiis.

Palpatur ille neglectus, si quis conferat orationem hodiernam cum iis momentis, quæ circa orationem veterum consideravimus in mediatione precedenti.

H. 2. Dam.

Dannum vero inde sentiunt non solum juris studiosi, sed & forte aliarum facultatum.

Interim de studiosis theologiae & oratoria ecclesiastica partim Theologis relinquuntur differere, partim hujus loci non est, sed pertinet ad capita prudentiae consultatoriae in doctrina de jure circa sacra.

Juris studiosi damnum in eo consistit, quod postea, cum ad negotia civilia adhibetur, & publice perorandum sit, ad orationes tamen sint inepti, & cogantur adeo plerumque memoriae mandare formulas a ministris ecclesiae sibi prescriptas.

Aut si quis felicioris ingenii sit, oratio tamen sit non exacta, si comparetur cum orationibus veterum.

Unde vel maxime de hodiernis oratoribus valet, quod oratores non fiant, sed nascantur.

Quod si quis praxi juridica det operam, cum probations artificiales veteranorum oratorum magnum suo modo in quavis praxi habeant usum, nostri practici contra tam infelices sunt, ut ex centum vix decem sint, qui saltem judicij logicianam monstrent in positionibus suis, tantum abest ut artificium aliquod ostendant.

Sed ubique regnant tardios & febriculos allegationes glossatorum, ubi centies idem repetitur & probatur id de quo non est quæstio.

Et tamen in omnibus commentariis fere extat distinctio inter probationem artificialem & inartificialem.

Sed ne quidem intelligitur communiter, quod vel inde patet, quod inartificiale dicant fieri per testes & instrumenta, artificiale vero recte quidem afferant fieri per argumenta artificialia, sed exemplum tamen dare soleant argumenti plane nullius artificii : *Reperit, ergo est virgo.*

(Vid. dicta in diff. de perpetuitate debitorum pecuniariorum.)
Quare futuris advocatis vel ex hoc capite commendandi Quintilianus, Cicero, Seneca, ut discant quæ sint argumenta artificialia. Sen-

Sentient autem hujus doctrinæ fructum eximum in causis criminalibus, ubi praxis, quæ alias aurea est, gemmea esse solet.

III. Mens Ciceronis circa controversiam excerptam.

Cicero controversiam hanc non definit, sed saltem ut exemplum proponit loci topici, a definitione rei.

In hac videlicet controversia attendendam esse definitio-
nem quid sit *relinquere navem, remanere in navi.* & quid sit *na-
vis ipsa.*

Relinquere navem ideo definiendum est, ut appareat, an dominus navis in scapham se conferens & inde funiculo na-
vem moderare tanquam gubernator intendens, navem reli-
querit?

Remanere in navi ideo definiendum est, ut appareat, an dominus mercium in gladium incumbens possit dici remansisse in navi?

Navis definienda est, ut appareat, an sub ejus nomine hic veniat scapha etiam, funiculo navi alligata?

Non tamen est mens Ciceronis, ac si hæc controversia solum ex argumentis a definitione peritis sit definienda.

Nam una controversia simul plurium locorum argumen-
ta desiderat, certe ea non excludit.

Sicut unius rei plures possunt esse cause.

Et adeo vel maxime, ut in omnibus controversiis de le-
gum intellectu, attendenda est ratio legis.

Quare & alibi (*lib. I. ad Herenn. c. II.*) similis plane casus,
paucis mutatis circumstantiis dicitur esse definiendum ex loco
de scripto & sententia.

Scilicet, ubi reliqui omnes navem reliquerunt, uno solum
remanente ægroto, qui propter morbum exire & fugere non
potuit, navis vero casu fortuito incolumis erat delata, & domi-
nus navis eam repetebat ab ægroto navem possidente.

*Quemadmodum & ex ratione vel sententia legis recte
defi.*

definivit Pufendorfius (*de J. N. & G. l. 5. c. 12. s. 10. in fine*) *agro-*
tum non posse navem sibi vindicare.

Et ibidem plane alius casus ad locum de definitione refer-
tur (*d. l. 1. ad Herennium c. 12.*) cum tamen alias libri illi ad He-
rennium, & libri inventionum Rheticarum in multis con-
veniant.

¶ Simil & hoc præsens exemplum illustrat superius dicta,
quod Rhetores rarissime fuerint solliciti de possibilitate vel fre-
quentia casus.

Nam primo vix concipi potest, quomodo duo homines
sanx mentis possint audere, ut solum se cum navi mari commi-
tant.

Deinde non concipi pariter potest, quomodo gubernator
navis possit ita insanire, ut putet relicto gubernaculo in
tempestate maris, se posse in scapha funiculo moderari navem.

Ut taceam, illam desperationem esse singularissimam &
vix dabilem, ut homo præ metu naufragii gladio se interime-
re tentet.

IV. Bœcleri minus apta definitio controversia.

Fuit Bœclerus utique vir magnus sui temporis, multæ lec-
tionis in omni bonarum literarum genere, & insignis judicii.

Præprimis vero inter primos numerandus philosophos
germaniae, qui ultra Aristotelem sapere allaborarunt, diligenter
le&tis græcorum & Romanarum autorum optimorum scri-
ptis.

Sed plerumque primi bonarum literarum restauratores non
omnes defectus sentire queunt.

Unde sua quidem laude non sunt privandi, sed tamen eo-
rum autoritas alii plura, etiam eorum ope, videntibus, non
debet esse prejudicio.

Quin potius gratiae agendæ sunt illis, qui in eorum scri-
ptis bona fide scopulos ostendunt, lectoribus evitando.

Sic & cordatores observarunt, Bœclerum felicem quidem
suisse

fuisse in dubiis movendis, & secernendis momentis controversiarum ab aliis confusis.

Sed non æque feliciter definitissime quæstiones, de quibus disputat, cum plerumque lectorum relinquat incertiorē quam antea fuerat (multa in utramque partem disputando) aut, sicut ubi quicquam definit, raro tamen assensum lectoris (rationibus magis quam autoritati assurgentis) mereatur;

Partim ob deficientem potissimum arcanorum jurisprudentia naturalis scientiam.

(Quæ genuina causa est, cur ejus commentarii in Grotium non ultra caput 7. libri secundi procedant, & ad librum 2. major adhuc sterilitas observetur quam ad librum primum. Unde frustra expectarunt eruditii reliquias hujus commentarii tanquam opus posthumum.)

Partim ob nimiam adhuc Aristotelice philosophiae adorationem & odium eorum, qui limatus philosophari intendeant;

(Ut patet ex Epistolis ad Boineburgium, quas exhibit Joh. Petr. Haberkornius in *Jurisprudentia Justinianæ sole resplendente cap. 2. epist. 2. s. 6. & 7.* Dicend, etiam paucis de Haberkornii hoc scripto.)

Partim ob nimiam impatientiam dissentientes, etiam modeste, ferendi. Ut vel ex causa Sarcmasiana constat.

(Dicend, de ea, & quomodo vir incomparabilis judicij ac eruditonis, in Germania Academiis, non sine periculo, primus libertatem justam recedendi a traditis veterum magistrorum vindicaverit, ac iugum servile frerget. Ubi & de Petri Naustitii vindictis Bœclerianis id potissimum efficientibus, ut Xaverius Paranus, libiores & duriores in Surlecobium centras diceret.)

Atque ista ex vero, nec per calumniam dici exemplo esse potest Bœcleri judicium de hac controversia a Cicerone relata.

(Extat illud in comment. ad lib. 2. Grotii cap. 4. p. 108. seq.)
Affertur illa exempli loco ad illustrationem doctrina Grotiana de presuma derelictione dominii, cum tamen de ea in ista controversia ne somniaverit quidem Cicero,

Et non, sine aperta verborum tortura, de ea possint intelligi leges propositæ. Nam ex usu communis lingua latine maxima differentia est inter relinquere navem & derelinquere. Falsa vero hypothesi superstructa, facile appetat, illationes etiam Boëclerianas ejusdem esse generis.

Tale est, quod statim ab initio monet : *Per se apparere, non intelligi in illis legibus illum casum, quando in adversa tempestate dominus navis digreditur & ministris suis aut familiaribus nautis re-gimen & conservationem navis demandet.*

Tum enim nec amittere ipsum aliquid, nec relictos in nave, si non posse navis conservari, ad aliquid teneri, per memorabilem legem Petri Aragonie Regis in consulatu maris.

Nam si de derelictione loquerentur leges istæ, verum esset, dominum navis in isto casu nihil amittere ; At, postquam hoc inane & falsum est ; dicenda in sequentibus ostendit, etiam talem dominum ex nave secedentem a legibus istis notari.

Illud vero insuper parum coheret, cum subjicitur : *Respxisse legem omnino eos mercium dominos & nautas, qui in nave se constituerunt, ut alteri citra alterius voluntatem digredi fas non esset.*

Et in eo, qui relinquere contra hec conventionem navem, desponsionem & navis & onoris presumisse sive derelictai habita omnia declarasse.

Nam, ut primo falsum est, leges illas supponere aut declarare ulla pacta inter dominum & nautas ;

(Si luppoluisset, silem unico verbulo mentionem fecisset,

interpretatio vero pactorum non est opus legum. Paœta dant legem contractibus. Sed legum non est interpretari conventiones privatorum, sed vetare, praepere, permittere, punire.

Ita etiam, si legislator voluisse interpretari conventionem inter dominum mercium & nautas, nulla tamen estimatio inferendi, quod deserens navem contra pacta, presumendum sit, derelictui habuisse omnia.

Ex desertione navis sola non potest hæc oriri presumtio, alias & dereliquisse censeretur dominus navis, ministris suis nautisque regimen navis demandans.

Quid

Quid si enim & ipse dominus mercium, contrapacta deserens navem, nautis regimen commendet?

Et notum est, ejusmodi desertores orta tempestate, non intendere derelictionem mercium vel navis, (sed salvationem vitae) non magis ac illos, qui tempestatis tempore merces ejiciunt.

Deinde nec ex eo, quod contra pactum dereliquerit navim, animus derelinquendi colligi potest. Nulla enim connexio est: volo fidem frangere, ergo volo in alterum, cui fidem violo, rei meæ dominium transferre, aut rem meam derelinquare.

Et vel verbum AMITTUNTO docere debuisset, legem non agere de derelictione voluntaria.

Quod si excusare Bæclerum velis, eum per presumptionem hic non intellexisse presumptionem voluntariam, sed legalem & forte presumptionem juris & de jure; non admittamus.

Partim, quod ea juris, vel potius glossa scientia non praeditus erat Bæclerus, ut intellexerit, quid sit presumptionis juris & de jure.

Præprimis cum eam vix ipsi glossatores & pragmatici intelligent, & de ejus existentia homini sani cerebri adhuc hodiernum dubitare licet;

Partim, quod hoc modo Bæclerus distinctionis & plane opposita voluisse miscere, quod de tanti ingenii viro non est presumendum: cum presumptionis juris & de jure exemplum non posit in exemplum afferri declaranda doctrinæ Grotianæ de derelictione tacita.

Quanquam forte melius sit hanc ultimam responsionem omittere, & tantam fiduciam in viri ingenio non ponere, cum vel præcedens & prius (quod in commentario suo refert) exemplum que sit a doctrina Grotiana alienum, lex videlicet Ebrea de jure egenorum singulare.

Cum aliud sit rem censeri a Domino derelictui habitam, aliud eam a quovis occupari posse tanquam derelictui habitam.

Similem censuram merentur ea, qua sequuntur, ubi Bœclerus judicem instruit, quid in controversia hac dijudicanda debat attendere.

(Fluunt enim ex eadem falsa hypothesi. Latius id in discursu ostendendum a verbis: *Hic si lex attenditur &c. ad verba: abire non debet.*)

Et ipsa conclusio, judicem nulli ex tribus omnia, nulli nihil ex equitatibus rationibus forte adjudicaturum.

(In versic. ita futurum esset.)

Unde monendi studiosi, ut in Academiis discant secerne-re æquitatem cerebrinam a vera æquitate.

Præprimis cum non solum Doctorum libri talibus falsis æquitatibus sint repleti, sed & ipsi legum tam civilium quam ecclesiasticarum codices sæpe talis æquitatis pallio, cautores etiam, deceperint.

(Ostendendum id mox in peculiari dissertatione de *laſione ultra dimidium.*)

Id tamen recte observavit Bœclerus, exemplum hoc Cicero-nis pertinere ad *commentitia, & ita, quæ revera ita fieri non pos-sunt aut solent.*

Et utinam eam observationem & alibi fuisse secutus, ubi de exemplis controversiarum Rhetoricarum sermo est.

Tum enim meliorem sententiam tulisset, quam fecit, in dissertatione de actione ingratii.

Ubi judiciosissimo discursu Senecæ, quod actio ingratii dari nequeat, nil fere opponit, quam exempla plurium legum contrariarum ex controversiis Rheticorum, quasi videlicet illa nescivisset Seneca.

V. Alia controversia definitio.

Et id recte Bœclerus, judicem hujus controversie, magis ad legislatoris mentem quam ad legis verba respicere debere.

Id

Id enim fieri debet in omnibus legibus.
Mens autem optime explicatur ex legislatoris intentio-
ne, quæ legis ratio est.

Difficile vero est, indagare rationem legis, quæ & ipsa
efficta est, & ubi etiam illi, qui effinxerunt, non respexerunt
ad legis dabilitatem.

Scilicet Rhetorum intentio non erat, instruere judices aut
exercere, sed oratores, qui Advocatorum instar erant.

Ergo tales casus eligeant, ubi rationes dubitandi ubique
transparerent, rationes decidendi vero nusquam.

Atqui tales maxime erant, si præter casus ipsos, & leges
essent vix dabiles, id est parum rationabiles,

At legum non rationabilium rationem indagare velle, o-
pera frustanea est.

Videndum tamen etiam, ne quis in alteram partem im-
pingat, more Areopagitico ea pro indissolubilibus habens, quæ
facile sunt solubilia.

(Huc pertinet Marci Freheri *hybrula decisionum Areopagitistarum*. Simi-
lem juris imperitiam in Apolline recte notat Strauch. Ex. Justin.
15. §. 3. in fine, Commend. Meursii *Areopagus*.)

Verba legum propositarum si exæcta perpendas & oppo-
sitionem legum duarum conferas, patet priorem legem esse
pœnalem, posteriorem præmialem.

Prior metum incutere vult tempore tempestatis ex navi
fugientibus, posterior excitare spem eorum qui navis curam
gerunt.

Utriusque ratio igitur est cura navium conservandarum.
Cæterum, an justæ sint leges hæ, & potissimum prior, alia
quæstio est. Homines sane bonis suis spoliare, ideo quod
metum in viros constantissimos cadentem superare non po-
tuerint, valde tyrannicum foret.

Unde vel ex hoc capite constat, leges tales nunquam fu-
isse datas, nec dabiles.

Igitur sensus legis est: omnes, qui in navi sunt, debere operam dare, ut navis servetur in tempestate, atque adeo navem non relinqueret: quod si navem quis reliquerit, cum debere omnia sua in nave emittere; contra eum, qui in navi remansit & opem tulit ad eam conservandam, amissa aliorum asquirere.

Ista vero legis mente supposita, dicendum, dominum navis & simul gubernatorem amisisse navem, ideo quod navem reliquit & vitam suam in scapha servare voluit.

Nec valet excusatio, quasi navem funiculo ex scapha voluerit dirigere. Id enim non possibile est tempore tranquillo, multo minus tempestatis.

Atqui tamen, si vitam servare voluisset, funiculum discedisset. At hoc non fecit.

Ergo stultissime fecit, dum nec fecit quid conveniens ad navem conservandam, nec ad vitam.

Sed ita forte habebitur pro mente capto. Adversus tales autem non feruntur leges iisque nec puniuntur.

His etiam æquiparantur, qui aberrant in primis, iisque vehementibus animi motibus.

Verum non semper. Neque enim a pena homicidii excusat magna iracundia aut a pena adulterii vehementis amor, modo non alia cause accendant.

Ut taceam, hanc æquiperationem vere hic non procedere in lege adversus vehementem animi motum lata.

Et forte funiculum discindere voluit dominus navis, sed non potuit, quod ipsi gladius vel culter deesset.

Dominus vero mercium gladio incumbens nihil amittet, nihil acquires, quia lex eos saltem punire voluit, qui navem relinquerent, & eos præmio afficeret, qui opem ferrent navi servanda.

Ergo hic quidem suas merces retinebit, naufragus vero acquires navem a domino navis amissam.

Hæc mea sententia est. An & omnium aliorum? dubito.

Nam

Nam in questionibus vulgaribus quot capita, tot sententiae, quanto magis in questionibus juris dubii?

Etenim facile prævideo objectiones quasdam, sed nec mihi deerunt responsiones pro salvanda sententia mea.

(Exponenda quasdam in discursu; v. gr. 1. quod dominus mercium haud dubie voluerit aufugere in scapham & ideo se interemerit, quod aufugere non potuerit, cingendum vero haberi pro cincto, & conatum vi majori repressum in delictis puniri pena ordinaria.

2. Naufragum non ex fortitudine gubernasse navem, sed quod recenti metu naufragii perpessi crediderit se securiorem esse in navi, quam in scapha, aut quod etiam impossibile ipso fuerit in scapham se recipere.

3. Imo Naufrago obstatre ulterius vitium ingratitudinis, quod domini navis modo vitam ipsi servantis velia auferre bona, qua ab hominibus instar vite amari solent.

4. Respondendum ad singula. Interim difficilior futura fuisse controversia, si legibus istis duabus addita fuisset tertia, in aliis controversis sœpe memorata: *Detur actio ingratis.*)

CAP. VII. PRÆTENSIONES ILLUSTRES.

THUANUS,

bistoriarum libro 50, ad ann. 1574. f. m. 42. seq. Tom. III. edit.
Aurel. 1620. in folio.

P Ostea de Pinarello & Saviliani restitutione temere promissa actum, & allatum ea de re a Nicolao Connano Ludovici Gonzaga Nivernensem ducis scriptum in consistorio coram rege recitatum est; cuius hac summa erat: reges Gallia de ditionum suarum conservatione ac regni amplificatione potius, quam de vita ac libertate semper fuisse sollicitos. Eam ob causam Joannem Regem in Anglia captivitatem diu tolerasse, cum libertatem ditionum suarum

decurtatione aliqua redimere potuisset. Franciscum vero Regis avum suam & liberorum captivitatem maluisse, quam de regno suo aliquid delibaretur. Nec vero principes, si rogentur, quo titulo tot provincias possideant, aliud, quod respondeant, habere, quam eas ita a parentibus accepisse. Philippum reposcentibus Neapolis & Sicilia regna, Mediolanensem principatum, regnum Navarra, Placentinam arcem, Cameracum, Brabantie principatum, non aliud respondere solitum, quam ea ita a patre accepisse. Eodem titulo Venetos multas Austriaca domus ditiones, Mantuanorum principum, Ferrariensem & Carrariorum olim, Brixiam denique Episcopis ademptam retinere. Nec si rogetur Etruriae dnx, ut Senensem recip, libertatem antiquam restituat, si Pontifex, cur Bononia & Ancone statum antiquum immutaverit? aliud responsuros. Et si lex sit, ut principes, que a majoribus usurpata possident, restituere teneantur, ad summas angustias plerosque, qui nunc late regnant, redactum iri. Ipsum Sabaudum non meliori jure Pinarolium & Savilianum reposcere posse, quam Rex Nicaeam & Astensem civitatem, XXX. circiter Saluciani principatus oppida, & ipsam Augustam Taurinorum repetere posit. Ea de re Lugduni inter Regis & Sabaudi delegatos ante XII. annos actum esse, & sententia lata eas ditiones omneis Regi adjudicatas. Et vero mali augurii esse, ut Rex tot palmarum imperator, tot rebus gestis clarus, CL. nobilium Polonorum CID suffragiis ad nobilissimum regnum vocatus; qui tantam de se omnium spem concitavit, auspicio novi regni non de ejus amplificatione, sed de eo imminuendo cogitet, ab eaque re principium regnandi faciat. Atqui fama imperia constare. Itaque

vi-

videndum, quanto non solum existimationis, sed rerum nostrarum periculo & detimento id fiat. Nam intercluso ab omni parte in Italiam ingressu, & Monte-Meliano aditum in Sabaudiam, Burgo & Insula per Segusianos, Cunio & Monte regali per Provinciam, Augusta Taurinorum denique iter obstruente, quid Picos Mirandulanos, quid Ratos ipsos cogitaturos? aut quam denique fiduciam ceteros Italiae Principes semper fidam ac certam Gallorum opem expertos, in nobis collocaturos? saltem Hispanorum exemplo Regem excitari debere, qui Astam, & Jacobi fanum valido praesidio firmatum retinent; qui fontem Aragi in Pyrenai faucibus & Aquitani limitis ingressu nunc festinatis operibus per Vespanium Gonzagam muniunt, quod id existimant ad amicos in officio continendos pertinere. Quid vero non ausuros illos, cum viderint nos Carmaniolam & Ravellium trans Alpes tenere? nam utrumque per se debile esse, Pinarolio & Saviliano restitutis. Et vero minime dubium esse, quin eodem exemplo incitatus Mantua dux IX. circiter castella, que ex Monferratenensi ditione usurpare Regem conqueritur, nunc ab eo reposcat, quorum tamen restitutionem ipse Gonzaga, quamvis in fratris causa equior esse debuerit, buc usque impediverit, quod regia dignitati ac regni amplificationi privatas caritates semper posshabuerit. Quid si Hispani nos aggrediantur, quam fidem ab amicis expectamus, quos primi ipsi deseruerimus? non ab Helvetiis, non ab Anglis, non denique a Germanis auxilia speranda esse. Nam Germani, si Tudum, Virodunum, & Diviodurum Mediomatricum reposcant, quid honeste responderi poterit? Atqui memores omneis esse debere, quod cum ea de re ante XIII.

annos

annos Franciso II. Rege Blasis, Ludovico Madruicio Ferdinandi Caesaris nomine restitutionem earum civitatum urgente deliberaretur, a Franciso Olivario Cancellario non minus generose quam prudenter responsum sit. Nam illum, antequam alii sententiam dicerent, occupasse, & dignum capituli supplicio pronunciasse, qui Regi tam fædi consilii auctor esset. Nec vero sperare Regem debere, ut Sabaudum jam Hispanis obnoxium eo facto sibi arctius devinciat, qui contra captata inde occasione, in Regem, quem ob potentiam ante reformatum, nunc concepto contemptu in eum maiore fiducia cum Hispanis consilia conjunget. His & prolixius diffusis rationibus Gonzaga regem rogabat, ut se sententiam de restitutione suspenderet, & rem omnem ad Senatum Parisiensem, cuius de patrimonio regio cognitio est, honesta excusationis apud Sabaudum loco remitteret. Quod si de restitutione semel decrevisset, postrem orabat, ut se prefectura ea prius idonee exoneraret, diplomatis quod a Rege petebat, exemplo missò, quo & de fide sua apud cunctos constet, & posteritas cognoscat, se quantum in ipso fuerit, intercessisse, ne tam detrimentosa restitutio fieret. Recitato scripto cum Rex jam fidem de restitutione obligasset, Gonzaga suudum & erga se obsequium in specie laudavit, in occulto, ambitiose id ab eo, ut omnia, factum interpretatus. Moxque exemplo diplomatico, quod Gonzaga expetebat, lecto, quibusdam in eo immutatis ipsum ea prefectura, quam spontanea ejeratione a se abdicaverat, exoneravit, ita ut nihil ex ea re deinceps Gonzage imputari aut improperari posset. Id actum Lugduni XII. Kal. VIII. br. instrumentaque a scripta Regine, Alençoni, Navarri, Lotaringi, Guißani, Aloisii, Ateni

fini

stini Cardinalium, Morvillei, Lansaci, Lemovicam Episcopi,
& Cevenii nomina. Secundum hec Nivernius, libello ad
supremum consilium Pinarolii a Rege ordinatum directo, de-
cretum V. Eid. IXbr. ut diploma, quo de intercessione Ni-
vernii contra restitutionem fides siebat, & ipse a prefectura
ea exonerabatur, in acta publica referretur. Idem & Gra-
tianopolii XII. Kal. Xbr. actum. Postea & ad Gulielmum
Mantua ducem fratrem, cum quo aliqui minime ipsi conve-
niebat, ejusdem diplomatis exemplum misit Gonzaga, & ut
in archivis ejus ad perpetuam rei memoriam reponeretur,
rogavit; quod & perinde Rex in malam partem accepit.

MEDITATIONES.

I. Observationes varia preparatoria.

Anno 1559. Henricus II. Rex Galliarum, post acceptam ad
fanum Quintini culpa Momorantii insignem cladem,
pacem cum Hispanis ad castrum Cambresiacum coivit,
magnō rei Francicā malo.

Certum quippe, nonaginta & octo oppida Hispanis pro
tribus, Hano, Castello & Quintini fano redditā.

Inteſtinis etiam motibus, qui Franciam miserandum in-
modum affixerunt & lacerarunt, ausam ea pacificatio præbuit.
Dux Sabaudiae etiam, (cujus patrem pater Henrici in bel-
lis cum Carolo V. ducatu suo privaverat) in integrum per il-
lam pacem erat restitutus, salvo tamen jure Regio intra trien-
nium a Commissariis examinando.

Interim pignoris loco retentā a Rege Galliarum urbes Augu-
sta Taurinorum, Pinarolum, Clärascum, Asti.

Data etiam in uxorem, Sabaudio foror Regis Margaritas
cum dote 300000, Ducatorum.

P. 2

K

(Pufend.

(Pufend, introd, e) s. 18, p. 292, Mezerayus *Abrogé Tom. IV.* p. 715.
Lohmeieri Tab. Genealog. in ducibus Sabaud. Mons. Baile Diction.
Critique sous Henr. II. qui pro more selectas observationes
habet, de infelicitate Galliæ, quod Henricus II. contra Patis
monitum Momorancium in autam revocaverit, & de damno,
quod Gallis præprimis per illam pacem & nuptias Sabaudi pali-
ta sit.)

Rege paulo post in' media præparatione nuptiarum fo-
 roris mortuo, sequenti anno 1560. Commissarii utrobique da-
 ti, cum magis Advocatorum quam judicium partes sustinerent,
 re infecta discessere.

Sequenti anno tamen uxor Sabaudi muliebris artibus
 & blanditiis obtinuit, ut Carolus IX. juberet restituiri Turinum,
 Clarscum & alias, multum licet refragante Burdillonio istis ur-
 bibus a Rege præfecto.

(Mezeray T. 5, p. 41, 42.)

Restabant Pinarolium, Savilianum & Perusia. Has iis-
 dem artibus extorsit eadem Henrico III.

(Mezeray T. 5, p. 193, seqq. Mons. Baile ib. lit. G.)
 Etsi vero Dux conscientia quasi Regis tacta eum admis-
 nuerit, magis ab eo considerari deberi, quid svadeat jus gen-
 tium & fides pæctorum, quam quid ratio status dictaret;

(Mezeray ibid.)

Tamen cum haud dubie Rex, si doctrinas cautelarum
 juridicarum sequi voluisse, multa potuerit ex dictis monito
 huic opponere, & objectum juris gentium & pæctorum no-
 men avertere ; Præprimis cum idem Mezerayus factum Regis magis ge-
 nerosæ ejus gratitudini quam regulis justitiae adscribat ; Non mirandum, quod Dux Nivernensium, haud dubie ex-
 emplum modo memoratum Burdillonii securus, tanto, quam-
 vis frustraneo conatu, incubuerit, ut executionem promissi
 Regii impeditret.

(adde Mezeray T. 5, p. 198, Baile d. 6, lit. g. & i.)

Possent

Possent plura hic adduci ex regulis prudentiae consultatorix ad examinandas has urbium cessiones Sabaudo factas, tam intuitu Henrici II. quam Caroli IX. & Henrici III.

(Conf. interim Bæli dictio, ad. II. & sub Henrico III.)

Item de Confilio Ducis Nivernensis, quod Henricus III. honesta excusationis causa rem omnem ad Senatum Parisiensem remittere debeat, tanquam cuius de patrimonio regio sit cognitio, & de rationibus, reditionem hancce disvadentibus.

Præprimis si quis quæstiones utilitatis & justitiae separare, ut par est, velit.

(Ipse Mezeranus hic occasionem suppeditat, T. 5. p. 198. verbis: les principales raisons rejoignent le droit de bienfaisance, &c. Et de Gallis alias per secomma dicitur, quod actiones eorum plerique nitantur jure convenientia, ut de Germanis quod abutantur jure vetustæ confuetudinis seu hercomannico. Ceterum, iuris illius convenientia, juri non esse, jam Xenophon monuit in Cyropaedia lib. 2. & exinde repetit Grotius l. 1. §. 3.)

Sed ista quidem nostrum scopum non respiciunt, qui de prætensionibus illustribus occasione hujus loci acturi sumus.

Scilicet notum est Gallos delectari obsoletis prætensionibus.

His cum objici soleat præscriptio longissimi & immemo-
rialis temporis, eruditissimi eorum solent negare, inter princi-
pes locum habere præscriptiones, sed satis refutati ab aliis.

(Vide dicta in diff. de perpetuitate debitorum pecuniariorum. Et
suo loco infra ea de re plura dicentur ex professo.)

Ubi solet etiam adversus Gallos afferri hic discursus Ducis Nivernensis, tanquam qui in eo satis perspicue sit confessus, jura aliorum longa possessione tolli, dum videlicet ad Principes subinde provocat, qui rationem non aliam juris sui affe-
rant, quam quod bona sua a parentibus acceperint.

(Vid. Dr. Werhofti erudita diff. de præscriptione inter gentes lib.

Et poterit quidem ex illo discursu forte argumentum ad hominem contra Gallos, præscriptionem inter gentes negan-

tes, desumi; modo non opponant, istud Nivernii scriptum nec publica autoritate fuisse editum, nec a Rege approbatum, sed rejectum.

Interim tamen nullum est dubium, si accuratius intentio-
nem Nivernii consideres, ejus discursum non favere vera de
prætensionibus dicitur.

*Quæ in eo inter alia consistit: dari quidem prætensiones
principum justas, sed eas saxe per exceptionem præscriptio-
nis elidi.*

Intentio autem Gonzaga Ducus Nivernii, in illo scripto
non est, ut approbet exceptionem præscriptionis, ut potius plus
ultra eat, & ne quidem opus esse putet in immemoriali & diu-
turna possessione se fundare, sed potius in sola, etiam si bre-
viori vel brevissima possessione.

Adeoque secundum hanc ejus philosophiam nulla plane
aut certe fere nullæ forent justæ prætensiones, cum ex semper
dentur non posidentibus, & fere semper adversus possidentes.

Ergo secundum hanc Philosophiam non solum beati, sed
beatissimi forent possidentes, quia possessio jus transferret nul-
lo alio jure infringendum.

Non ergo potuimus locum magis commodum invenire,
quem præmitteremus meditationibus de prætensionibus illu-
stribus, cum moveat dubium existentia prætensionum. Ab
existentia vero rei discursus merito sumit initium,

II. Prætensionum existentia.

Prætensionum, quatenus in facto consistunt, existentiam
nemo negavit, aut in dubium vocavit unquam.

Nec vocare etiam in dubium potuit, nisi forte philosophia
Academica aut scepticæ operam dederit. Quamvis nec ex
hujus philosophia hypotesibus existentia hæc negari potuerit.

(Nunquam enim aut Academicci aut Sceptici, ea, de quibus dubitabant,
negarunt, cum dubitare & negare, æque sunt opposita ac affirma-

Pofle se

re & negare. Unde inter prima falsa Cartesianorum referendum :
Ea de quibus dubitatur, interim esse neganda.)

Imo nec Cartesianus unquam prætensionum existentiam negavit, & in dubium vocavit, nec in dubium vocare aut negare potuit. Et si enim in sensu incurrit prætensiones, de his tamen philosophia Cartesiana saltem dubitat, eaque negat INTERIM, id est non serio, sed iusus, aut, ut stilo disputationis utamur, exercitii gratia.

Sed prætensio insuper nomen juris est, jus autem non incurrit in sensu. Et tamen de prætensionum etiam, quatenus ad actionum iustiarum classem pertinent, existentia nemo dubitavit nec dubitare potuit, nisi simul de existentia omnis juris inter eos, qui superiorem non habent, dubitaverit.

Evidem non omnes prætensiones justæ sunt, sed ex æque, ut omnis generis actiones humanæ, quarum nomina a facto magis, quam jure desumpta sunt, in justas & injustas dividi possunt.

Et quamvis iustiarum exempla forte plura sint, quam iustiarum, cum plures sint in omni vita genere non sapientes quam sapientes ;

Tamen de prætensionibus justis in lectionibus juridicis agendum, & adeo de harum existentia.

Fuere vero semper homines, qui de existentia juris dubitaverunt, prout semper fuere homines, qui jus omne in viribus & armis quæsiverunt.

Unde non demum Machiavello & Hobbesio istæ hypotheses imputandæ, nisi quod hi facta hominum communia, systematicè proposuerint.

Ille quidem magis, ut videtur, satyricæ ; hic, bona fortæ se intentione evitandi errores communis Ethicæ, sed parum feliciter, methodo mathematica adhibita ad res morales.

(Dicendum hic de communi censura Machiavelli : de hujus excusatione, quam omnium significantissime expresit Clariss. Weissius, in co-
-mœdia cuius titulus : Der Bäurische Machiavellus.
-oib

Dicendum etiam de infelicitate politica Hobbesianæ, principiis ubique contradicitorii utentibus; item de causis, cur se tam firmiter insinuare soleat animis hominum Hobbesii liber de cive, præprimis corum, qui vacui sunt doctrina moralis.

Sed tamen etiam dicendum, de nimio rigore censuræ communis in Hobbesium: de libro Kortholtiano *de tribus impostoribus*. Ostendenda vera ratio cur Hobbesius tam male audiat: Eam adscribendam esse potissimum parti illi Leviathanis, qua incipit a capite 44.)

Ducem igitur Niverniaꝝ, et si nec Machiavellistam nec Hobbianum, videri tamen negasse justitiam prætensionum ex ista communi hominum in perversa inclinatione.

Unde etiam provenit tota illa responsio de jure convenientia, Gallis, ut modo dictum, objecta aliquoties.

Igitur adversus tales probare velle existentiam prætensionum justarum, requireret repetitionem totius doctrinae de principiis justi & decori, quæ tamen separatas postulant letiones.

Interim in graiam eorum, qui nostra fundamenta juris nat. & G. non legerunt nec audiverunt, potissimum hic fundamenti loco ponenda.

(Sicut : Quid sit VIS, quid JUS ? quomodo horum unum sine altero esse nequeat, & tamen valde differant ? Item quid sit obligatio interna ? et quomodo utraque sine metu esse nequeat, interna tamquam sit sine vi &c.)

III. Quid sint prætensiones.

Prætensiones sunt desideria eorum, qui superiorem non habent, aut quorum controversia ex aliis rationibus non ex lege humana dijudicari possunt, de re, quam vel alii possident, vel certe in cuius possessione quieta ipsi prætententes nondum sunt, publice significata ac prætextu juris munita.

Prætensionis vox in hoc significatu Gallica est, non latina. (hoc enim idiomate prætextum quemvis significaret,) Interim tamen jure suo a scriptoribus politicis seu elegantiorum studio

diorum usurpata, cum alia, quæ hunc conceptum expōnat, non adfit, et si non extet in Cicerone.

(Utitur ea Pufendorfius, Lōcum ex l. 18. rer. Brand. c. 61. habet Dn. Werlhof. d. differt, s. 10. conf. Monzambanum cap. 8. s. 4. di-
ctum de querela Ciceronianorum de Pufendorffii, & olim de Thua-
ni filio.)

Neque enim controversia vox conceptum istum exprimit, sed latior est, etiam de posidente predicata, cum tamen præ-
tentio inter illustres sit instar actionis inter privatos, adeoque
prætentio & controversia differat, uti actio & lis.

Nec etiam æmulatio cum prætensione idem significat,
quamvis maxime affines sint. Nam æmulationes sunt fere
prætensiones occultæ ac latentes, ut prætensiones æmulationes
apertæ. (conf. Monzamb. c. 7. s. 10.)

Cum itaque prætensiones illustrium personarum in eo ab
actionibus differant, quod actiones supponant leges civiles
ex quibus dijudicari queant, patet, prætensiones ex solo jure
naturæ & gentium esse dirimendas.

Porro prætensiones eorum sunt, qui id, quod petunt, non
habent. Unde & cessant, si prætendentes rem desideratam
obtinuerint.

Sive illi, contra quos quid prætenditur, rem possideant,
sive tertius.

Neque prætensiones sunt, quæ publice non sunt decla-
ratae, et si jure prætentio fieri possit. Jus enim neglectum aut
derelictum prætentonis nomine venire non solet.

At vero jure munitas esse debere prætensiones constat,
quod jam in præcedentibus monuerimus, nos prætensiones
hic considerare quæ juris, non quæ facti sunt.

Res vero quæ prætenduntur, sunt bona fortunæ. Com-
prehenduntur autem sub hac voce, ut in scholis loquimur,
partim dvitiae, partim honores.

Et dvitiae quidem vel ex jure dominii, vel ex jure crediti.

Hoc est vel ex conventione, vel ex successione, tam te-
stamen-

stamentaria quam ab intestato, vel ex injuria acquisita vel de
bita.

IV. Scriptorum de prætensionibus defectis.

Defectus duplex est.

De generalibus, fundamentis & principiis, unde præten
siones illustres definiri debeant, quod sciam, nemo scripsit.

Forte, quod non opus esse fuerit creditum, talia scribere,
cum jam dixerimus, principia esse sumenda ex jure naturæ &
gentium. At partim multa sunt volumina antiquorum mo
ralistarum, partim post curam Grotii & Pufendorfii istorum
nōvōs emendantium, non videtur restare quod addatur.

Sed, ut illa volumina Moralistarum antiquiorum omnia
miscentium, & hypocritica arcana monarchiæ Papalis subinde
sub specie pietatis & honestatis insinuantium, occasionem de
derunt, ut multi errores tales in scripta specialia circa præten
siones illustres transferrentur.

Ita vel ex sequentibus patebit, prælaudatos istos juris na
tura & gentium emendatores, partim non omnia attigisse,
partim, etiamsi attigerint, non omnes errores emendassem.

(Prioris exemplum suppedebant infra suo loco meditationes de fun
damentis prætensionum ratione præcedentie ; posterioris, de præ
tensionibus ratione successionis partim testamentarie, partim ab
intestato.)

Specialium prætensionum scripta, uti sunt plurima, ita ta
men non sunt ubi vis frequentia, cum non sint usus vulgaris,
sed lateant in bibliothecis.

Neque adeo male quis mereretur de jure publico, si quis
historias prætensionum illustrium ederet, & ex magnis scri
ptis, medullam rerum actarum in summa exhiberet.

Præprimis cum, pro more scriptorum juridicorum, illi, qui
causas agunt principum, pauca quoq; momentum habent in ne
gotiis, soleant verbis plurimis & inutilibus, secundum gustum
temporum illorum, efferre.

Scriptis

Scripsit equidem Sprengerus systema prætensionum illustrium, sed hoc intra septem aut octo casus subsistit, ut grandi titulo leve opusculum minus respondeat.

(Dn. Autor German. prime, in pref. s. 4.)

Porro qui ipsas resolutions prætensionum specialium ediderunt aut deductiones, varios naves & errores plerumque committere solent; aut etiam partibus nimis sunt addicti.

Communiter secundum errorem diu regnantem, argumenta decisionum sumuntur ex jure civili aut Canonico.

Sæpe scriptores destituuntur humanioribus literis, & eruditione in philosophia morum & prudentia civili.

Aliquando & inter prætensiones referuntur, quæ ipsis personis illustribus nusquam venerunt in mentem, sed quæ fundamenta saltem alicuius juris habere & prætensiones fieri potuissent, aut, ubi scriptores de jure partis adversæ saltem pro libitu sibi formavere ex propria ignorantia dubium.

Sæpe juris diu derelicti prætensio nova, svasu talium virorum principibus persuadetur, vel defenditur &c.

V. Nostra intentio.

Tentabimus ut etiam in his lectionibus ostendamus, quomodo navi isti sint evitandi & saniora principia prætensionum illustrium ponenda.

Ergo ostendemus: An, quando, & quomodo conductat prætensiones in scriptis exponere aut typis mandare?

Quid observandum sit scriptori vel historias prætensionum, vel deductiones scribere volenti?

Quod juris civilis & canonici rarissimus hic debet esse usus, & quod allegationes aliorum plane autorum, & qualium, gustus seculi praesentis postulet.

Differemus de fundamentis genuinis & saepe aliter quam vulgo fit jaciendis, circa prætensiones varii generis.

In specie circa prætensiones precedentiarum,

L

Circa

circum modos acquirendi dominii,
circum contractus,
circum testamenta,
circum successiones legitimas,
circum exceptiones iustas adversus prætendentes, præscriptions potissimum,
item circum replicas v. g. intuitu præscriptionis circa usurpationem titulorum &c.

De modis item differemus finiendi prætensiones, transactionibus, arbitrorum sententiis &c.

Et aliis ad hoc thema pertinentibus quæstionibus jucundis & utilibus.

(Ubi in singulis capitibus multa occurrunt observanda quæ communiter pro principiis juris naturæ & gentium habentur, cum tamen sint mere assertiones juris civilis & canonici.)

Non tamen id fiet discursu continuo, sed pro libertate harum lectionum sèpius aliis discursibus interrupto.

Nec etiam eo ordine, quo quæstiones hactenus sunt enumeratae, sed prout inclinatio ingenii nos ad meditationes impellat.

(Nam in his lectionibus non observandam habemus methodum systematicam.)

CAP. VIII. LIS DE PRÆSTANTIA INTER FORTITUDINEM TOGATAM ET SAGATAM.

GRAMONDUS,

Histor. Gall. lib. 3. ad ann. 1617. p. 182. seq. ed. Lips. 1674. in 8vo.

Sediu[m] prima controversia fuit inter togatos; querebantur Parliamentorum Gallia primi Praesides, quod Seuerius Lutetiani alter a primo Praes[ide] illos anteire vellet; pri-

primos se, illum esse a primo alterum ; ille contra excipiebat, unitate per quam duo unum sunt , annexas adeo personas ut vix dividis possint. Ea ratione prevaluit primis, qui secundus erat. Nec multo post orta item Parlamenta inter, & nobiles de sede dissensio ; quam quo facilius intelligent externi, quibus præcipue scribo, scire opus : vocari apud Gallos, nullo adjecto, Nobiles, eos qui arma tractant, nempe si profapia valent ; illorum ordo nobilitas dicitur : Clero & Parlamentu adscripti, et si Natalibus nobiles, quod plerumque designantur ab ordine quisque suo : Sic, cum de militaribus viris queritur Nobilitatem, cum de Ecclesiasticis Clerum, cum de togatis, si suprema illis jurisdicçio est, Parlamenta, cum de reliquis ordinibus, populum dicimus. Ergo triplex est in Gallia regnolarum ordo, Clerus, Nobilitas, Populus ; Parlamenta extra ordinem sunt. Primum suffragii jus & sedem primam vindicabat sibi Nobilitas, bis ferme in Parlamenta rationibus. Gallie ordinum primum esse, cui ideo est a Nobilitate nomen, quia præminet reliquias : si Clero decedit, magis reverentiam esse quam debitum ; Nobilitati acceptum ferre ecclesiam, quocunque possidet ; posuisse inter arma vitam antececessores Nobilium, dum hereticis resistere altaria diruentibus. Debitum Nobilitati quod exactis retro seculis anche est Gallia Christiana, & in praesens dunit. Armis Nobilium partam coronam Regibus, iisdemque armis auctam & confirmatam ; si quando externus hostis armata manu irrupit in Galliam, fusum, debellatum una nobilium manu. Hinc Gallis regibus sepe dictos Nobiles regni dextram, columnam imperii sui , aram salutis publica. Parlamentorum esse ut consulant, Nobilium ut ex-

sequantur. Illis vitam trahi desidiose languidam, inglorie tranquillam; dumque nobilibus rigent frigore membra, dum pro tempore calore fatiscent, inedia dum extinguntur, fame dum pereunt, sub dio, nocte interdiuque insomnes, dum instat jugulo armatus hostis, Senatoribus esse fomenta vita qualia desidiosi amant, domos splendidas, instructos agros, suburbanos recessus, amoenam vitam. Illi dum immerguntur deliciis, nobilibus arcta penu vitam inter angustias trahi. Nobilitatis ordinem regno coetaneum Gallico, Parlamenta nuper instituta; nobilibus in concilio Regis arctiore jus esse dicenda sententie. Parlamentis neque in eo conventu sedem esse, neque suffragium, quippe que instituta in res privatas. Prevalere populo nobiles, cuius ordini (quem tertium vocant) adscripta esse Parlamenta nemo neget. Hac in Parlamenta nobiles.

Contra, quorum erant pro Parlamentis studia, opponabant, dignitatem Senatorum non modo veteri, sed & nova Roma, gentes esse in utrumque paratam: aequalia olim Romanis studia armorum & togae. Non detrectare belli onera viros fortis, posse ex forensi toga haud agre fieri sagum militare. Legationibus indies defungi pro Rep. Senatores, quibus id praeципuum est, ne quid detrimenti capiat res publica. In liberalium studia artium, in scientiarum apicem erectos praire longis spatiis nobilium ordini, cui ut plurimum nihil est liberale, nisi quod gratis natura impertitur, natales & animus. Militare Regibus & regno Parlamenta, dum subditis insinuant fidem & obsequium Regi debita, cum nobiles rerum novarum cupidos proturbant, aut retinent metu pene. Parlamentis tranquillitatem, publicam esse, quam

quam nobiles saepe factionibus convellunt. Nunquam Parlamenta a corona desicere; auctas principum partes ter quaterque ab excessu Henrici IV. Nobilium accessione, regemque ab illis lacesitum, donec populi spoliis private ipsi res augerentur. Hisce in Regem suum bellis riguisse nobilibus membra, insomnes ducas noctes, nempe populo opprimendo. Studuisse parlamenta retinendis in fide & obsequio populis, quibus ordo nobilium vana libertatis imagine illudebat. Pravo usu in Gallia nobilitatis vocabulum iis tantum adscribi, qui arma tractant; togatorum, ad quos suprema autoritate juris distributio spectat, nobile officium esse, nisi quod apud imperitos invalidit, nullam esse iis qui profiterentur scientias nobilitatem. Pro nobilibus passim haberi viros togatos hinc palam est, quod lege Regni subsidiis a persona ignobili debitibus eximuntur; quod sancti spiritus Equites sunt ipsis, filiique ipsorum, & nepotes: (ordo est Gallorum Regum Equestris, ad quem nemo admitti solitus, nisi per probatam longa annorum serie nobilitatem.) Nobiles item esse hinc patet, quod ipsorum posteri cooptantur in Melitensium Equitum ordinem, qualis Paulus ejus ordinis magnus Magister, cuius togata apud Tolosates familia inter primas. Non esse illis vitam inglorie desidiosam, quibus assidua pro Rege & populo studia sunt: impallescere chartis viros artium liberalium amantes; virtutemque seckari & scientias labore indefesso. Denique toga militiam esse suam; antiquo usu pessimo invaluisse apud Gallos, ut nobiles, qui arma tractant, bellis exerceantur, ignorent literas; hinc fieri (si nobilitas ex literis ducitur, quod nemo negat) ut plane sit ignorabilis ordo quem nobilitatem appellant, sic luco nomen esse,

L 3

quod

quod minime luceat : pessimum usum in Gallia , quod armis
abstinent togati homines : Pompejos , Scipiones , Metellos ,
postquam in Senatu censuerant , prepositos olim legionibus ,
infulisque magistratura gloriose implicitas ex victoria lau-
ros : in Parlamentorum conventibus qui tota Gallia diffusi-
sunt , inveniendos , si in armis instruerentur , qui veteres rei-
publicae Romanae Senatores equarent aut vincerent . Anti-
quum certe in Gallia ordinem hunc , qui nobilium dicitur ,
esse item antiqua Parlamentorum iura , tertio jam seculo con-
firmata . Et si placet origo altius repetita , Misis successisse
dominicis , quorum nascente regno prima autoritas fuit , hinc
ducto nomine quod extra ordinem in provincias mitteren-
tur a Rege domino dirimendis controversis , seu erant publi-
ca , seu private . Eam esse sententiam autoribus , qui de ori-
gine feudorum scripsere , eos qui hodie Marchiones , Comites
aut Barones sunt , fuisse olim judices in ea loca delegatos ,
que nunc successores ipsorum possident jure feudali . Diu
possessam ab ipsis jurisdictionem jure publico , tandemque u-
surpatam privato : sic , qui hodie Marchiones , Comites , Ba-
rones , fuisse primum juris peritos & judices . Falso opponi
instituta in privatas tantum lites Parlamenta , fidem incon-
trarium facere historiarum monumenta , quibus patet consul-
ta saepe in magnis negotiis , que regno decretoria erant : co-
rum incumbere muneri regii patrimonii (Dominium vo-
cant) conservationem . Adscriptam illis perperam tertio
sub ordine categoriam ; nullo trium contineri viros specta-
biles , quibus in tres aque est potestas . Neque in praesens
trium ordinum esse convocationem , vocatos jure extraordi-
nario cum clero nobiles , utrisque adjuncta parlamenta , me-
dia

dia Nobilitatem inter & Clerum. Denique prater verum ordinem fore, si Parlamenta, quibus sunt in nobilium fortunas & vitam supra media judicia, clientibus suis postponantur.

His & talibus rogata militiae fautores, nobilium ordinem infra Parlamenta esse contendebant, elusis controversiam Rex magis quam solvit : de sede pronuntiatum sic : Ut Regi nobilitas confuse circumstaret, data Parliamentorum oratoribus e regione sede, Rego coram. De ordine promenda sententia ita cautum ; ut de rebus ecclesie Clerus, de militaribus nobilitas, de reliquis delegati a parliamentis primi sententiam dicerent. Porro ne in futurum obesset nobilium ordini lex dicta, quatenus infra ipsum ordo plebejus est, vulgatur a Rege diploma, quo declarat, in comitiis Gallie generalibus habendis, alteram esse nobilitati a clero secundum, utrique decidere populum, qui tertius ordo est, quopatet Parlamenta nullo trium ordinum contineri.

MEDITATIONES

I. Lites subditorum de precedencia.

DE subditorum litibus super precedencia hic agimus. Ergo non expectanda meditatio de fundamentis dirimendi pretensiones illustres super precedencia, inter eos qui superiorem non habent.

Vanae lites haud dubie sunt, ubi nullum fundamentum agendi seu medium petendi, nulla probatio, nullus eventus, nisi a mero judicis arbitrio dependens.

Non hic divitiae petuntur, sed honor.

At honor non est in potestate honorati sed honorantis.

Et coactus honor nequaquam est verus honor,

Ergo

Ergo nec petitorum hic locum habet nec possessorum, utpote quæ judicia sunt ubi de meo & tuo i. e. de divitiis agitur, quæ a mero arbitrio, etiam principis, non dependent.

Adeoque nulla causa lingandi super præcedentia vere substantia quam ambitione non prudens, sed inanis, i. e. omni ratione destituta.

Et quamvis ita litigantes non careant prætextibus, quilibet tamen, qui paribus vacuus est, videt, & prætextus hos inanes esse, i. e. falsos.

(v. g. non litigari ex ambitione sed ex studio, ne injuriam patiatur officium, aut, ne prejudicium fiat successoribus, & filiis.)

Ea demum honesta ambitio, honestum illud certamen est, si subditi certent de honore invicem exhibendo, & ut alter alterum sincera honoris exhibitione vincat.

(Vides ergo, quomodo differat ambitione honesta a fulta. Unde caro vendunt a doctrina, quæ omnem honoris cupiditatem, omne laudis desiderium pro vito vendunt,

Cum tamen ipsa sacra literæ & doctrina sanctissima doctoris supremi cum doctrina nostra confirmit.

Et doctrina advera originem debeat hypocrisi Cleri Papalis, sub simulata humilitate honores summos imo summam potentiam ambientio. Sinceram igitur honoris exhibitionem suppolumus, non simulatam, quæ facile discerni potest ex eventu.

Similiter vero notatum, irrationali ambitionem nunquam esse characterem, quod ambitione sit passio dominans, sed sapientiae indicium passionis insimul sapientiae esse indicium quod avaritia sit passio summa. &c.)

Ubi vero nullum agendi fundamentum, ibi nec ulla probatio.

Neque enim a natura humana id peti potest, neque a honestate, neque a potentia, neque a scientia, neque a divitiis, neque etiam a virtute.

Sed hæc latius deducentur, ubi de pretensionibus illustribus erit agendum.

Igitur etiam facile patet, quod honor externus & præcedentia omnis dependeat a mero arbitrio humano.

Cum

Cum & ipsa honoris exhibito, de qua videlicet litigari solet, ab eodem dependeat.

Sunt quidem naturalia signa contumeliaz apud omnes populos communia.

(v. g. omnes illi actus qui testantur de alterius odio, item sermones sarcastici, ironici &c.)

Sunt & naturalia & communia omnibus populis signa honoris.

(v. g. omnes actus, qui testantur de alterius amore non familiaris, sed veritatem neabundo, item sermones submissi.)

Non tamen signum magis naturale honoris est, quam facere promptissime & non rogatum, quæ alter velit;

Nec signum magis naturale contumeliaz, quam facere contraria voluntati alterius, etiam si rogatum.

Sed de his non litigatur. Litigatur de precedentia, vel sessione & similibus.

Hec vero sunt signa pure arbitraria, & maxime variantia non tantum apud diversos populos, sed & in una civitate.

(Declarandum exemplis: de loco dextra, sinistra, medio, de loco platerarum superiori, de loco in templis statii proximiore, de ordine scholastico funebri, de precedentibus & sequentibus principiis: de dictorio non nemini von der Mühlens-Ordnung: de proverbio: der Vornehmste sitget oben an ic.)

Ergo in his omnibus determinatio dependet a mero arbitrio principis, si regulas justitiae species;

Ad cuius voluntatem obstricti sunt judices in ejusmodi controversiis pronunciare;

Et si de ea non constet, nihil definire autoritate propria; regulariter vero, si petitum actor non probet ex privilegio vel voluntate principis, reum absolvere.

Unde tamen etiam in hujusmodi lictibus inepte extruitur a pragmaticis judicium possessorium & petitorium,

Cum actiones ejusmodi non sint reales sed personales.

Coram ipso Rege vero ea de re litigare velle, non est valde prudentis.

M

Dicta

Dicta hactenus valde illustrantur exemplo litigii de præcedentia coram Carolo V. agitati, & sententiæ, qua dictus imperator prudentissime pronunciavit, eam, quæ inter duas fœminas litigantes stultissima esset, debere præcedere.

(Exponend. hoc exemplum ex autore Gallico l' Abbe de S. Real. de l'

usage de l' Histoire dyc. 6. p. 77. seq.

Pertinet & hoc apophthegma nescio cuius, qui, alteri, cum indignatione dicunt, le non posse pati, ut homo stolidus ipsi ad de-

xtram iet; promptissime respondit; Ego vero lubentissimetalia fero.

Affine dicerum poëta Galli, caliginationem promeritam a fœminis acute studentis. Dicenda quædam de judicio Realis super hoc Caroli V. facto, id comparantis paulo profanius cum judicio Salomonis.

Item de ejus cautela adhibita, quod judicium Salomonis taliter consideret, quatenus Josephus ejus mentionem faciat, non quatenus S. scripture. Quasi irrationales & alias interpretandi & judicandi de factis regulas postulet S. scripture, quam illæ regulæ sunt ex dictamine rectæ rationis haustæ, quibus judicamus facta alibi recentita. Aut quasi scripture affirat aliquid, quod a recta ratione abhorreat, eique repugnet. Commendandus igitur Realis ejusque scripta ab ingenio, parum a judicio.)

Non igitur pro stolidis habendi, qui absque testatione vanæ ambitionis modeste, (imo & fortiter, si opus sit) tuerunt locum sibi a principe assignatum.

Imo & illi potius laudandi, quam sub specie falsæ pie-tatis vituperandi, qui laudabilia agunt, ut honorentur ab honoratis & laudatis.

Sed cavendus ambitus præcedentia, præprimis illis qui bonis literis dant operam.

Præprimis, cum studiosi nondum sint Mercurii, sed saltæ ligna, ex quibus fieri possunt Mercurii.

Interim non diffidendum, stultam studiosorum ambitiō-nem non melius reprimi posse, quam bonis exemplis Professorum, in omnibus actionibus serio testantium, quod vana ejusmodi præcedentia litigia & ambitum detestantur.

Dantur etiam gradus vanitatis in ejusmodi litigiis,

Et si

DFG

Et si enim forma corporis, etas, dicitur, ingenium, potentia &c. non dent ius precedentia; nullum tamen est dubium, eorum vanitatem esse maximam, qui praecedentiam praetendunt, potentiis ejusmodi omnibus aut plerisque destituti. (Unde proverbium de superbia pauperum.)

Et magis rationi convenit, si quis gloriam querat in potentia iusta, quam in precedentia.

(Dulcis enim haud dubie est honorari & timeri ab iis, qui praecedunt, quam praecedere eos; quibus opus ubique habes, ut adjuvent, aut ne noceant.)

II. Fortitudo togata & sagata.

Deebant doctores sapientia exempla praeberere iuvenibus contemnendi vanam ambitionem, sed debebant.

Cum enim loco vera sapientia a Clero Romano in Academiis doceretur sapientia vana, non mirandum, quod & vanalititia de precedentia magnam partem ab eorum doctrina originem ducant.

Et in specie lis ista de precedentia fortitudinis sagatae an togatae.

Ex principiis veræ sapientiae quilibet princeps & artibus pacis & artibus belli debet esse præditus.

(Huc respexit Julianus in præc. proem. l. 1. in oboe hiscups obi. 231 hoc.) Quia ad hos duos status omnia negotia humana possunt reduci.

(Grotii inscriptio operis de J. B. & P. & initium cap. 1. lib. 1.) Non tamen potest esse unita cura sine cura alterius.

(An hac respexit Julianus d. 4. in prædicatis armorum & legum? dubito.)

Tempore pacis de bello cogitandum, ne otio corrumpantur subditi, & ut hostes deterrentur, irent ut impediatur motus interni.

Tempore belli de pace cogitandum, quia omne bellum propter pacem.

Princeps adeo utriusque neglectum evitare debet, tanquam Reipublicæ noxiū.

Unde virtutum nomen haud merentur nimium studi-

um pacis, sed indicant, principem non gnarum esse artium regnandi.

Et fere magis nocet suis nimis inclinans ad culturam pacis, quam nimis inclinans ad bellum.

(Huc pertinent ea, quæ subinde in Jacobo 1, notant scriptores politici, potissimum Larréus.)

Nam ut inter homines paucissimi sunt sapientes, ita etiam fatentibus omnibus finis reipublicæ est primario propter malos, ut eorum audacia reprimatur & probi ab eorum violentia defendantur.

(Ergo si omnes aut saltem plurimi probi essent, nulla foret res publica.)

Et adeo boni subditi character est, vita pacifica præ aliis operam dare, non ita boni regis.

Igitur & Rex quilibet opus habet ministris pacis & ministris belli.

Et qui neutris carere potest, neutros etiam deberet aliis præferre, ac invidiosa est quæstio de præstantia unius ordinis præ altero.

(e. g. Similis quæstio de præferentia manus præ pede, pedis dextri præ sinistro.)

Et opera adeo cuilibet prudenti principi danda, ne similibus controversiis impediatur salus publica, sed potius, ut

uterque ordo mutuam benevolentiam sibi invicem exhibeat.

Interim si citra respectum ad partes dicendum quod res est, ex dictis facile appetat, pro quo ordine sit pronunciandum in dubio.

Præstat utique ille, qui magis est necessarius & utilis.

Sed necessitas & utilitas variat, pro diversitate status.

Medico non opus habent sani, sed præstat idem ægroti.

In sana republica igitur præstant ministri pacis, in ægrotante ministri belli.

Ægrotans vero illa est, ubi plurima & noxia sunt ad stultitiam irritamenta.

Sana ubi pauca sunt & non ita periculosa.

(Non

(Non ubi plurimi sunt sapientes propter modo dicta.)
Uti vero singulorum hominum paucissimi sunt sapientes, ita rerum publicarum paucissimæ non sunt ægrotantes.

Contra in Academis indistincte ministris pacis postponi solent ministeria bellica.

Partim quia doctores se profitentur esse doctores pacis, & adeo simili simili gaudet;

(Unde & Principes academicæ doctos maximis præconiis solent extollere. Dicendum hic de Casaubono & Scloppeii Satyra aduersus Casaubonum & Jacobum Regem Angliæ.)

Partim quia docent, Virum Politicum debere actiones ci-vium suorum dirigere ad normam reipublicæ idealis, perfectæ, Platonice;

Partim quia ita docuerunt primi Academiarum instau-ratores, Monachi, Clerici, Scholastici;

Quorum valde intererat semper, Reges habere super-stitiosos.

At tales raro esse solent, qui viris militaribus sunt fa-ventiores.

Nam hi raro multum dant operæ literis, quarum directo-rium & doctrinam sibi vindicarunt jam diu scholastici.

Et cum scholastici sub prætextu doctri-næ politicae & ge-nuinae status sapientia homines ad gubernandum ineptos red-dant, & se tamen omnibus negotiis politicis immiscere cupi-ant, nemo fere in republica est, qui eorum nœvos principi ma-gis palpabiliter monstrat, quam ministri militares.

Unde nova ratio scholasticos irritans, ut suis perfruaderent, fortitudinem togatam esse preferendam sagata.

Id est præcedentiam deberi togis scholasticorum aut ho-rum in Aula Patronorum, vel, ut ipsi loqui amarunt, clientum, præ viris militaribus.

Quos & propterea heroës togatos, heroës in toga, aut plene heroës de toga immortaliter meritos appellare jam diu conseverunt.

Viri militares contra uti cum aliis cordatoribus tales ineptias jam ab aliquot seculis riserunt, ita falso huic philosophia opposuerunt ipsam praxin vitæ clericalis;

Et principibus cautoribus simul ejus falsitatem monstrarunt.

Cum ab omnibus temporibus ipse Clerus eos solos principes magnorum nomine dignatus fuerit, qui bellis artibus claruerunt, & Clerum honoribus & divitii bearunt.

(e. g. Constantinus, Theodosius, Carolus, Otto &c.)

Contra eos, qui eam artem neglexerunt, et si Clero se in omnibus submiserint, piorum nomine quidem insigniverint, sed maxime tamen contempserint ipsi.

(Ut vel exemplo Ludovici Pi^r confat,

Dicendum etiam de predicato sancti Regibus dato, & quid hoc significet in stylo Monachali.)

Jam quilibet judicet, unde commune odium inter milites, & qui eruditos se vocant?

Et cuinam ordinis istud odium magis sit imputandum.

Sed nondum satis est. Res magis patebit ex meditacione sequente,

III. Confusio Statuum Politicorum unde.

Veteres philosophi vel quatuor numerant virtutes, easque Cardinales vocant;

(Quod faciunt communiter reliqui, excepto Aristotele. Vide dissertationes B. Patris in observat. select. Hallensi.)

Vel quinque intellectuales & undecim morales,

(Ut Aristoteles.)

Utrobique inter morales fortitudo agmen ducit.

Per quam et si alii intellexerint magnanimitatem & patientiam in rebus adversis;

(Ut Stoici apud Cicer. de offic.)

Alii tamen intellexerunt fortitudinem bellicam.

(Ut Aristoteles.)

Unde

Unde communiter etiam apud autores classicos virtutis nomine simpliciter posito venit virtus bellica.

(Vide pasim Curtium, Et Laetantius notat. l. 1. p. 116. edit. Gallia Bellonæ Iacta dicta esse Iacta virtutis.)

Respublica enim Græcorum, Romanorum aliorumque populorum erant maxime militares.

Et quamvis non sit diffitendum, quod aliquæ eorum nimis operam dederint artibus bellicis, non tamen etiam diffitendum est, hanc observationem non ad omnes pertinere, & communiter ea taxantes nimis inclinare ad neglectum artium militarium.

In talibus vero rebus publicis non admittebantur ad bellum servi sed ingenui soli, inter quos adeo nobilitabat virtus bellica.

Ita etiam cum Germanis comparatum erat, non solum tempore Taciti, sed & postea usque ad tempora Regum Francorum.

Inde orta distin^clio inter nobilitatem majorem & minorem.

Ad illam pertinebant Duces, & Comites, postea etiam Marchiones, Burggraffii &c.

Duces bello præferant, Comites, (seniores videlicet, quiete a bellis opus habentes) jurisdictioni, Marchiones & Burggravii utrique.

Nobiles minores sub Ducibus & Marchionibus militabant, unde & militum nomine veniebant.

Sumebantut tamen ex iis Scabini, Assessores Comitum & Judices.

Ignobiles dicebantur, qui ad militiam non admittebantur, erantque duplicitis generis, cives urbici seu liberti, caupones, opifices, & postea etiam mercatores,

Et rustici, qui olim servi.

Ex his appetet virtutem bellicam quidem præprimis nobilitasse,

bilitasse, studia pacis vero a majoribus nostris non fuisse neglegta.

Custodiebantur etiam gradus nobilitatis & ordinis, nec facile homines diversorum classium matrimonio jungebantur.

Nobilibus tamen licebat virtute bellica adspirare ad gradus nobilitatis maiores præmii loco, qui tamen tum non emebantur pecunia.

Hæc olim. Postea cum jam ubique in Europa cresceret potentia Paparum, & non christianis actibus Clerus Papalis sub specie conversionis ad Christianismum quereret ubique incrementa divitiarum & honorum, etiam Franci Reges no men dabant Christianismo.

Quibus mediis autem Clerus ubique sub specie humilitatis factæ obtainuerit potentiam & dignitatem summam, etiam supra Reges ipsos, una cum territoriis, alibi exponi solet.

(In lectionibus juris publici & juris feudalis, Vid. Conring, diss. de consti^t. Epis. Germ. Struv. Synt. F. F.)

Et sic prima siebat statuum confusio, ut qui plane negotiis civilibus ex doctrina Salvatoris se immiscere non debebant, adeoque statibus politicis subjecti esse, iustis technis maiores etiam nobilitatis gradus præcedere & primam classem statuum politicorum occupare inciperent.

(Conf. Monzamb. c. 28. 10. c. 3. 8. 7. p. 177. f. 6. 7. 5. 8. p. 374.)

Nec hac confusione contenti supprimere etiam & de tridere nobilitatem summam incipiebant in ipsa militia, postquam principes etiam feuda in summa superstitione illis offer rent.

(Vide loca speculi Saxonici pariter & Svevici de septem clypeis militariibus.)

Accedit & aliud arcanum Cleri. Ut omnes ordines turbare possent, autoritate universali in omnibus ordinibus ipsis opus erat.

Ergo opus erat singulos ordines sibi devincire.

Fie-

Fiebat hoc, cum omnis generis homines, modo manu-
missi essent, nec ad mancipia referrentur, ad ordines sacros ad-
mitterent.

Ita dupliciter lucrabantur: partim divitias omnium or-
dinum ad se trahendo: partim ex omnibus ordinibus optima
quæque ingenia sibi devinciendo.

Ex altera parte dulcis escæ instar erat, quod laici cujus-
cunque ordinis viderent, se absque vita periculo in sacris or-
dinibus posse etiam ad dignitates principales adspirare, ad
quas pervenire etiam cum periculo centrum vitarum sperare
non licebat laicis ignobilibus aut etiam nobilibus inferioris
ordinis.

(Conf. Monzanib. c. 7. S. 8. p. 575.)

Ne tamen ista confusio ordinum nobilibus exosa ita sen-
tiretur, fictionibus erat opus, ad palatum seculorum supersti-
tiosorum.

Quasi scilicet laici regenerarentur, dum sacris ordinibus
se addicerent.

Dum videlicet ex hominibus hujus seculi fierent homi-
nes spirituales.

Unde tot ceremoniaz & ritus, majestatici quid spirantes,
a primitiva simplicitate piscatoria plane alieni, a Clero in ordi-
nationibus sacræ inventi, imo ordo ipse in classem sacramen-
torum seu mysteriorum collocatus.

Cum vero insuper Clerus copia monachorum etiam ex
diversis & promiscuis ordinibus coactorum laboraret, initio
cultui divino nequaquam destinatorum, sed vita solitariaz, po-
stea tamen cum sub inspectione & directione Cleri essent, omni-
bus mundi negotiis se immiscere cupientium, & his occasio-
danda erat, sub fictionibus ejusmodi confundendi ordines po-
liticorum.

Igitur primo scholæ, postea universitates seu academiaz
inventæ, & monachi iis præfecti cum potestate creandi do-

N

ctores

doctores quatuor facultatum; similibus pene ritibus superstitionis & inanibus.

Atque adeo & ad hos gradus statim ab initio admittabantur homines ordinis & conditionis cuiusvis, qui, si doctores facti fuissent, nobilibus militantibus quandoque præferebantur, plerumque tamen ex privilegiis principum, extra negotia militaria & torneamenta, nobilibus æquiparabantur.

Utque tales clerici (nam omnes academicci docentes & discentes olim clerici i. e. a potestate politica exempti erant, & adhuc hodie apud Pontificios sunt) etiam negotiorum plane politicis immiscerentur, nova arte opus erat.

Scilicet ut persuaderentur gentes, jura pristina morum, si non optimorum, saltē simplicium & utcumque honorum, esse impolita, indecora, suo modo etiam impia, contra ius scriptum, romanum, Justinianeum pariter & canonicum, esse leges optimas ac perfectissimas ac omni populo christiano summe necessarias.

Ita enim fiebat etiam, ut, cum antea nobilissimi quilibet longa experientia & probitate conspicui, judiciis adhiberentur, postea soli doctores juris utriusque, cujuscunque alias essent ordinis, præficerentur judiciis.

Quod cum antea erat voluntatis, mox necessitatis fiebat, cum mores non possint continuari ad posteros, nisi continuo durantes, & publici, ut in omnium conspectu sint.

At uti Clerus leges scriptas commendabat, sic etiam processum scriptum introducebat & clandestinum, loco antea recepti processus oralis & publici.

Cum igitur & hisce institutis originem debeat Parlamenta Gallia, videlicet pariter ex doctoribus juris, (quorum parentes essent variorum ordinum,) composita, inde non mirandum, quod in conventu illo, quem Gramondus narrat, dubitatum fuerit, utrum Parlamenta ad clerum, an ad nobiles, an ad plebem pertinerent.

IV. Aliae

IV. *Aliæ observationes Gramondum explicantes.*

Ante omnia intelligendum est, quid sint Parlamenta Gallie.

Primitus in Gallia parlementa erant quasi ambulatoria, in quibus tractabantur negotia regni & controversia difficultiores. Constatunt ex 12. Paribus regni, sex ecclesiasticis, & sex laicis seu militibus.

(*Pasquier des recherches de la France lib. 2. chap. 2. & 3.*)

Postea cum parlamenta continua & fixa instituerentur, milites non amplius apti erant, ut parlamentis interessent, adeoque mansit sessio parlamenti relieta solis togatis seu clericis. Unde electio assessorum orta.

Mox vero occasione electionis controversia: an concurreditibus candidatis ex ordine nobilium & urbicorum (*coisiliariis*) nativitatis an virtutis & idoneitatis potior sit habenda ratio.

(*Pasquier lib. 2. chap. 3. p. 87.*)

Plura vero cum sint parlamenta, reliqua apposito nomine provincia, Tholosatum, Rhotomagensis &c. denominari solent; nomine autem parlamenti absolute posito intelligitur Parisiense tanquam præcipuum.

(Bodin, *de Rep. lib. 3. cap. 1. p. 249. edit. Paris. ann. 1586. in folio.*)

Sub Carolo IX. declaratum est parlamentum libibus saltem judicandis constitutum esse, non autem ad regum & regni procurationem. (Bodinus d. 1.)

Non igitur confundenda sunt parlamenta Gallica & Anglicana. Hæc consistunt ex tribus regni statibus. Illa statibus statibus non comprehenduntur.

De trium statuum & conventus statuum origine ac modo etiam differendum.

(Ex Patchacio 18. second. des recherches chap. 7. Grammond. lib. 1. p. 57. seq. le Vallor, hist. de Louis XIII. liv. 6. T. 2. p. 3. sive.)

Item de congregacione nobilium & de differentia talis congregacionis a congregacione trium statuum. Et cur in praesenti negotio non potius convocati fuerint tres status.

(Ex Grammond, init. lib. 3. le Vassor, d. T. 2. p. 3. & T. 3. lib. 11. p. 164. sive.)

His suppositis jam Gramondi locus facilius intelligetur.

Circa Seguieri item potissimum considerandum, an prius præses parlamenti Parisiensis simul affuerit, an minus. Si hoc, repræsentabat Seguierius primum presidem. Si prius, ut videtur, non sine ratione erat querela reliquorum Præsidum.

Erat enim petitio principii, an duo unum sint, & cur unus non sufficeret.

Nec tamen etiam ratio pro Seguiero deerat, quia duo vel tres deputati collegii, collegii locum obtinent.

Nobilium ordo cur prætenderet præcedentiam præ parlamentis, in causa fuit, quod omisssus in hoc conventu fuerit tertius ordo populi vel plebis, adeoque putatum fuerit, parlamentum repræsentare plebem.

Nec sine ratione, quia tertius ordo magistratibus constat & minore populo.

(Gramond, lib. 1. p. 58.)

Parlamenta autem, cum juri dicundo fuerint præfecta, pro magistratibus haberi poterant.

Favebat etiam nobilibus decretum Caroli IX. de potestate parlamentorum modo memoratum.

Contra pro parlamentis militabat, quod tribus ordinibus non comprehenderentur.

Ante omnia enim secernendam esse aulam regiam a subditis.

Subditos presentari a tribus statibus.

At parlamenta componi consiliaris Regiis, qui & ab initio de negotiis regni secretioribus consilia dabant, & postea judicabant ipsos etiam regni proceres.

Adeoque magistratus majores erant, non minores vel praetores urbici.

Interim non est diffitendum, ab utraque parte admixtas suisse cavillationes apertas & contumelias, neutram partem decentes.

Qualis

Qualis est illa ex parte nobilium, quasi assessores parlamentorum vitam trahant desidiose languidam & inglorie tranquillam.

Quasi sit minor gloria iustitiam administrare, quam bellum gerere.

Ex parte parliamentorum parum decenter afferebatur, quod liberalium studia artium & scientiarum praeant longioribus spatiis nobilium ordini, cui ut plurimum nihil sit libera-le &c. item, quod solæ literæ nobilitent, nec nobilium nomine digni sint, qui literis operam non navarunt.

Quasi omnes, qui studiis dant operam, sapientes sint, & quasi eruditæ stulti non gravius insaniant, quam qui eruditio-ne haud gloriantur.

Item quod nobilibus rebelliones & motus intestini a parlamentis fuerint objecti.

Quasi talia sint imputanda toti ordini, ex quo semper plurimi etiam regiæ parti adhæserant.

Illiud vero parum favere poterat Parlamentis, dum nobilibus objiciebatur, quod Marchiones, Comites & Barones prius fuerint judices & juris periti.

Fuerant utique, sed juris patricii & consuetudinum Francicarum, quas omnes callebant, antequam in Gallias introduceretur jus peregrinum romanum.

Cujus scientia gloriari non debebant parlamenta, ut quæ produxerat ignorantium communem juris patrii.

(Vid. Hotom. Antiribonianum.)

Interim laudanda prudentia decisionis regiæ intuitu hujus litis.

Ita enim medium inveniebatur, nullum ordinem offendendi, quod alias necessario factum fuisset, si vel nobilibus vel parlamentis præcedentia fuisset adjudicata.

Hoc vero pacto neuter ordo habebat causas vel querendi de injuria sibi facta, vel gloriandi de victoria.

CAP. IX.

BRUNECHILDIS DEFENSA.

VORBURG,

Oper. Histor. Tom. 8. f. 98. seq. ex Aimonio & Fredegario.

Porro Clotharius Brunechildin presentari sibi præcipiens, absente multitudine exercitus, qui non solum ex Neustria, verum etiam ex Austria & Burgundia convenerant, accepta auctoritate, quo minus odia tegerent, quæ adversus eam jam diu animo conceperant, per triduum diversis eam tormentis affici, cameoque impositam per totum circumduci exercitum jubet. Ad postremum reputans ei, quod X. Reges Francorum, ejus partim consilio partim manu, vel etiam maleficio extincli essent, sic eam alloquitur: Ut quid inter mulieres maledicta, ac pessimarum exquisitrix artium, in tantam erupisti pervicaciam, ut non erubesceres tam multiplicem præclaræ stirpis subvertere generationem. Peribis igitur crudeli penarum exemplo, que non expavisti tam ingenti te vocari facinore parricidam. Nam (ut de ceteris sileam) Sigeberdum meum patrum, tuum vero virum, novimus tuo consilio usum contra fratrem insurrexisse suum. Propter quod in impropositum incurrit interitum. Meroveus quoque frater ex patre meus, tui causa a genitore odio habitus, nefandissimo crudelitatis genere est imperfectus. Quid autem memorem, Chilpericum meæ nativitatis parentem? quem (ut fertur) per directos apparitores morte affecisti, nil tale verentem. Nequeo sine lachrymis tantum exitum referre patris, exrumq[ue] meæ explicare orbis tatio:

tatis: fraternalis acies, alternaque bella, que profanis de-
certata sunt odiis, revolvere pudet: qua tu totius aule pro-
cella, excitans in mutuam necem nepotes animasti tuos, ut
frater fratrem interimeret, nec justa commoveretur mentis
compassione. Theodoricus denique tuis credulus persuasio-
nibus, quod Theodebertus ejus non esset Germanus, effusor
exitit fraternali sangvinis: cum jam pridem Merovci ex se
geniti, cruento pollutas gereret manus. Theodeberti filium,
in albis nova regenerationis adhuc constitutum, a te ad pe-
nitum allisum, notum est cum fratre innocentem exhalasse
spiritum. Illud non omittendum recens piaculum, videlicet
Theodoricum maleficio tuo veneno necatum: atque ejus fi-
lios, ut adversum me bella moverent perfaos, tres ex ip-
sis, ac si reos, neii esse traditos. Silere malo innumerabiles
ducum strages, que utrum juste an injuste fuerint perpe-
trata, non est istius temporis explicare, dummodo vos dul-
cissimi comilitones & preeminentes Francia primores, decer-
natis, cui subjaceat supplicio tanti obnoxia sceleris,

Acclamantibus cunctis, inauditis eam debere subjici
penis, iuber indomitum exhiberi equum, crinesque miserri-
me regine, cum brachiis caude ejus colligari, ac demum ad
cursum concitari. Sicque in primo impetu currentis equi
calcibus cerebrum dispersum. Reliqua vero membra, per
aspera queque sentibus rupibusve protracta loca dissipata
sunt. Hunc Brunechildis exitum tulit, mulier in cadibus
propinquorum maxime exercitata: quibus extinctis posse-
sionem eorum quasi spolium suis junxerat. Cui secunda
res superbiam augebant, ut muliebris impotentia supra mo-
dum

dum sese extolleret. Nec tamen ex toto ita vecors exitit, quin Dei ac sanctorum ejus memorias a predecessoribus strudat, venerabiliter excoleret; ipsaque novas fabricando devote multiplicaret. Nam in suburbano Landunensi basilicam in honorem S. Vincentii construxit; & apud Augustidunum aliam sancto dedicari jussit Martino: usq; necessariis ad hoc opus ministeriis venerabilis viri Sigarii predicta urbis Episcopi. Multis quidem & in aliis locis, sub nomine S. Martini magnificas fundavit Ecclesias: illum sibi pre ceteris adjutorem fore confidens & confidendo exposcens. Edificia sane ab ipsa constructa usque in hoc tempus durantia, ostenduntur tam innumera, ut incredibile videatur ab una muliere, & in Austria tantummodo & Burgundia regnante tanta in tam diversis Francia partibus construi potuisse.

MEDITATIONES

I. Vorburgiani operis commendatio.

SI ulla historia, certe Germanorum, Francorum, Saxonum &c. multis fabulis & ineptiis corrupta est. Cum illi scribenda olim operam dederint soli monachi, ignavum, stultum, audax, fraudulentum, imo pessimum genus hominum.

Undevix in eorum historiis præter fabulosas regnorum & nationum origines ex Noe progenie deductas, præter gesta cleri & favores ac odia principum erga clerum, rarissime quid deprehenditur, quod ad historiam politicam pertineat.

Maxime vero cavendum a judicio eorum de factis illustribus.

Cum

Cum principes etiam pessimos & eorum facta maxime pudenda defendere sub praetextu Zeli divini, vel certe excusare sub specie virtutis heroicæ soleant, modo isti principes Clerum venerati fuerint, & honoribus ac divitiis eundem cumularint;

Contra vero principes etiam optimos & prudentissimos aut innocentissimos describant, ut homines perniciosissimos, iisque falsissima facta imputent, & insuper vanisimas vifiones de eorum pœnis post hoc seculum narrent, si modo Clerum non fuerunt abunde venerati;

Imo, si & id fecerint, modo vel tantillum in casu necesse sitatis de divitiis Cleri ad usus publicos repetierint.

(Vide Lebmanni Chronicæ Spirens lib. 3. c. 11. 19. 20. 28. &c.)

Unde jam diu desiderata fuit repurgatio historiæ patriæ, præprimis, cum ubique a nostris, etiam subinde in sanctioribus locis, hæ fabula non solum populo, sed & studiosæ juveniuti instar veritatis Evangelica inculcentur.

Eoque magis mirandum, quod ex nostris nemo istud augix stabulum aggressus sit, sed gloria hæc debeatur viro doctriñæ pontificiæ addicto.

Scilicet Joh. Philippo Vorburgio.

Qui in 12. Voluminibus operam strenue dedit, ut fabulas istas detegaret, & ipsissimis bonorum historicorum verbis refutaret.

Quanquam ista volumina debuerint esse præliminaria saltem & introductionis instar in majus opus.

Mirandus etiam foret depravatus gustus seculi præcedentis, pulcherrimum istud opus fere contemnit, nisi constaret, labra cardui philosophiæ scholasticæ, & glandibus juris scientiæ glossatoriæ adsveta, necessario contemnere artes vere liberales.

Unde & opus Vorburgianum diu emtores quaesivit, ac perne aromatiorum, officinis destinabatur.

O

Hodie

Hodie vero, per Dei gratiam studiis elegantiorum literarum quotidie magis magisque emergentibus, humanius astutus solet istud opus.

Præprimis postquam doctissimus Meibomius de ejus vero prelio cordate differuit.

(Meibomius *introductione ad historiam Saxonie p. 94.*)
Qui jure suo ipsum opus, quod restat, ad Saxoniam & Germaniam æternum decus ab heredibus exposcit.

Quanquam forte frustra, cum milii sint justæ rationes dubitandi, an extet, aut an plane fuerit ab autore confectum, tum an Catholicus ejus editionem nunc sint permisssi.

Interim voluminibus istis præliminariis carete nequit ullus antiquitatum Germanicarum genuinus cultor.

Et, quod forte alii dispiciet, valde in hoc autore commendandum est, quod videlicet ubique ipsa scriptorum verba adducat, & Autores, unde sua hauserit, ad marginem citet, & diversis typis accurate monstreret, quanam ipsius & quanam aliorum autorum verba sint.

Siad eum modum historia Germania ad nostra usque tempora continua esset, unus ejusmodi liber sufficeret ad bibliothecam historicam.

Simil præbet exemplum prudenter scribendi. Veritas non omnibus apta est, si nude proponatur. Prudentia opus veritatem scribenti apud Pontificios, ut non sentiant, qui censura librorum praefecti sunt.

Horum enim &, quorum causa censuræ proposici sunt, Cleri, valde interest, ne Laicis nota fiant veritates, quæ arcana status Clericalis detegunt.

(Dicendum hic de origine censura librorum & cur plerunque Theologis ea committatur ?)

At Vorburgianum opus tales veritates plurimas detegit, censoribus id non sentientibus.

Ergo lectorle prudente opus est, qui eas, & methodum occultandi, qua Vorburgius usus est, investiget.

Ubi-

Ubique plus sensit, quam scripsit. Ergo & hoc detegendi artificium quis callere debet.

(Dicendum hac occasione de alio scriptore Pontificio, ob simile artificium Studiosis commendando, Paganino Gaudentio, olim Politices & historia Professore Pilani. Scripta ejus latina: De Julianiane seculis moribus nonnullis; de lege, qua foeminas a successione repellit: obstetrix literaria, sive de componendis & evulgandis libris: Epigrammata: Academicum instar ex muleigena disciplina: de dogmatum Origenis cum philosophia Platonis comparatione: Salebra Tertulliana: De vita christianorum ante tempora Constantini: de prodigiorum significatione. Charta plantes oratorie & poetice: de evulgatis Romani imperii arcanis ad electionem & successioneim imperatorum pertinentibus. De funere Heroum & Caesarum: de philosophie apud Romanos initio & progressu. De dogmatibus & ritibus veteris ecclesie: velitationes adversus Danielem Chamierum: Juridicae expositiones cum addimento Critiso: de Pythagorea animarum transmigratione: de Aristoteleo veterum contentu: de Juliani imperatoris philosophia. De Aperiato Jul. Cef. Scaligeri.

Italica. L'Academia difunta. Le singolarita delle guerre di Germania: Della peregrinazione philosophica, con un Aggiunta Geographica: confini regolati. Reintegratione de Polti, la vita di Cleopatra &c. Edita Romae, Florentiae, Pisie, intra ann. 1630, usque ad ann. 1643. Optandum ut scripta viri conjugium edant a nostris.)

II. Defenso Brunechildis.

Semper suspecta nobis fuit Brunechildis ista inculpatio, quoties etiam in adolescentia eam legeremus.
et circa (Vide Gottfrieds Monachien, unde postea repetit auctor des Bildersaals
 Adde Lehmanni, Speyerische Chronik lib. 2. cap. 6. seq.)

Neque enim ista duriores imputaciones convenient cum iis, quae idem autores de Fredegunda, Clotharii matre narrant.

Et indecens præterea ac juri gentium plane repugnans supplicii genus est, quod passa fuit Brunechildis, etiamli vera esset imputatio.

Unde potius semper visum fuit, processisse istud judicium ex odio Cleri, ob ea, quæ Brunechilde contra S. Columbinum commiserat.

Etsi enim Brunechilde plurimis extructis ac dotatis templis Clerum sibi maxime obstrinxerat, ac ab eodem satis adulatore laudata erat;

Etsi Columbanus ex principiis veræ politicæ duriora meritus fuerat, quam a Brunechilde passus erat;

Tamen jam in præced. medit. observatum, quod vel minimam injuriam vel correctionem principum crudelissimo vindictæ genere dignum arbitrentur.

Postea, cum Vorburgianum opus evolverem, deprehendi, alios viros egregios & fide dignos; Boccacium *Æmylium*, Marianam jam fatis defendisse Brunechildin.

(Vorburg d. Vol. 8. f. 99. seq. Dicend. de Mariana ex dictione, Beliano. Est bonus Historicus sed pessimus politicus. conf. Oldenburg, *theſe rerump.* T. 1. p. 34. 126. 335. & differt, noſtr. de ordine Templariorum 5. 11. le Vastor. 1b. 1.)

Sed alio tamen tempore deprehendi, hos omnes initium quidem fecisse defensionis, eam tamen perfectissime, & ut exemplum esse possit ac norma aliarum, absolvisse Paschasium, JCTum Gallum eruditissimum in antiquitatibus Gallicis.

(Encomium viri ex Moretio. Libri titulus : *Les Recherches de la France d'Etienne Pasquier.* Variae libri editiones, ejusque augmenta, Editiones in prioribus editionibus cum disticho :

Nulla hic Paschatio manus est, lex Cincia quippe causidicos nullas laxisit habere manus
Quid lex & indicis ? Brummeri commentatorus de ea. Ejusd. dissertatio de Scablinis.)

Unde ad ejus ductum defensio proponenda, & simul ex eo norandæ regulæ ad quas historicæ in genere similiter examinandi.

(Exstat. lib. 50 c. 6. - 2d. p. 3990 v. 477. editio ultro Parisi, in folio anno 1665.)

Ut

Ut mirer, Vorburgium ignorasse hanc defensionem Branechildis.

(Sive ignarus fuerit lingue Gallicæ, sive illo tempore nondum cognitus fuerit editio libri Paschaliani, quæ illud augmentum habet.)

Qui libro Paschalii deſtituuntur, ſummam totius controverſie alibi reperient.

(Hift. des ouvr. des ſcarvans de l' année 1701, mois de Juin p. 249, &c.)

CAP. X.

FALSA MIRACULA.

LIVIUS,

lib. i. cap. 36.

TArquinius equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Rannenses, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias conſtituit, quoque insignes reliquere nomine. Id quia inaugurate Romulus fecerat, negare Accius Navius, inclitus ea tempeſtate augur, neque mutari, neque novum conſtitui, niſi aves addixiſſent, poſſe. Ex eo ira regi mota, cludensque artem, (ut ferunt) Agedum inquit, divine tu, inaugura, fieri ne poſſit, quod nunc ego mente concipio. Quum ille in augurio rem expertus, profecto futuram dixiſſet, atqui bac animo agitavi, inquit, te novacula cōtem diſciſſurum, cape bac, & perage, quod aves tua fieri poſſe portendunt. Tum illum baud cunctanter diſciſſe cōtem ferunt. Statua Accii poſta capite velato, quo in loco res acta eſt, in comitio in gradibus ipſis ad levam curie ſit: cōtem quoque eodem loco ſitam fuſſe memorant, ut eſſet ad posteros miraculi ejus monumentum. Auguriſ certe ſacerdotioque augurum tantus bonos accessit, ut nihil bellis
O 3 domi-

domique postea, nisi auspicio gereretur: concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutaruit, numero alterum tantum adjectis, ut milie & trecenti equites in tribus centuriis essent posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt: quas nunc, quia geminatae sunt, sex vocant centurias.

MEDITATIONES.

I. Miraculum Accii Navii fabulosum.

Quomodo vero fabulosum hoc Accii Navii miraculum dici posset, cum id prater Livium etiam memoret gravissimus scriptor Dionysius Halicarnassensis,

(Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 3. cap. 94.)

Et sagacissimus alias in hisce fabulis dijudicandis Cicero ejus rei veritatem rationibus a fide historica petitis confirmet;

(Cicero de divisione 1.1. c. 17.)

Et religiosissimus superstitionis gentilium oppugnator Laetantius id negare non fuerit ausus.

(Laetantius divin. infinit. lib. 2. c. 7. p. 174. &c. 16. p. 224. edit. Galli, Lugd. Batav. 1660.)

Sed nihil muto. Fuit omnino falsum miraculum. Et Livii quidem autoritas tanta non est, qui ubique falsa prodigia libris suis inseruit ob id jam a viris clarissimis notatus.

(Vide autores citatos ad medit. 2. cap. 5.)

Porro in Dionysio Halicarnasseo, alias magis cauto, hunc nævum notavit Mothæus Vayerius.

(Loco ibid. citato. Dictum de operibus hujus eruditii Galli & ejus variis editionibus.)

Cicero vero tantum abest, ut eam fabulam approberet, ut potius diserte eam narrationem, ubi ex animi sententia loquitur, fabulis accenseat.

(Cicero

(Cicero lib. 2. de discim. c. 38.)

Lactantius vero, ut in multis aliis, ubi adversus gentes disserit, ita & hic vitio magis seculi, quam suo, aliquid humani passus est.

(Dicendum de modo disputandi illorum seculorum magis oratio quam philosophico. Cum multi patres, quales & Lactantius,

Rhetores fuerint. Ex obser. g. Tom. 2. obser. select. Halen.)

Quod ad oculum pater, si quis saltem confutat analysis logiam istius disputationis.

(Scilicet Sculteti in medalla patrum l. p. 399. Quam & habes in editione Lactantii Gallaei p. 134. Apparet enim ex ea Lactantium credidola digressione probasse thesin, cum deberet respondere ad objectiōnem. Adeo optimam causam haud bene defendisse, dum falsa ita miracula ut vera supposuit.)

Non urgebo euidem diverfas circumstantias, quæ in collatione Dionysii & Livii se offertur.

(Ille enim ipsum regem novacula eotem divisa dicit, hic factum id auguri tribuit. Ille rem ita narrat, acsi rex post Accii dissensum conventum populi instituerit, in quo ista gesta sint, hic vero rem eo statim momento, ubi Navius regi contradixerit, rem ita gestam esse memorat.)

Sufficit, si ostenderimus, fabulam subesse, quocunque modo propositionem hanc accipias.

Haber enim sensum duplicum, vel ut plane falsa sit tota narratio de cote novacula divisa; vel ut ita quidem rem gestam esse concedatur, negetur tamen, id fuisse miraculum, & ostendatur, qua fraude populus fuerit regis & auguris astutia deceptus.

Priorem sensum quod attinet, negamus veram, esse narrationem, et si Romani annales constanter ita narrent.

Quia narratio rerum impossibilium nunquam meretur fidem.

Nec obstat, quod tamen statua Accio Navio posita adhuc tempore Dionysii extiterit, & quidem, ut esset ad posteros miraculi ejus monumentum, ut Livius rem refert.

Nam

Nam exitit quidem statua, extiterunt forte & novaculae ac eos sub statua. Forte etiam ea statua fuit Accii Navii, & Auguris. Sed interim haec statua non probat rem ita gestam esse, non probat miraculum. Neque enim de inscriptione in statua quicquam memorant historici.

Et notum est, quas fabulas soleant homines, de superstitione populi viventes, adhuc hodie excogitare, in explicacione antiquitatum & ostensione statuarum aut monumentorum, aut reliquiarum.

(Exemplum de tali homine exponente statua Johannis Evangelista, Ignatii, Pauli, Petri &c. item de S. Georgio de S. Martino &c.)

Ostenditur & hodientum in Gallia Ampulla Remensis, & tamen per ejus ostensionem non probatur fabula de missione ejus cœlitus facta in baptismo Clodovei.

Joh. Jac. Chiffletius de ampulla Remensi. David Blondellus prefat,

apolog. * 54. f. 3. b. seq. in veritate adstruenda cautissime procedit.

& * 55. f. 3. a. solidissime eos refutat, qui liquerem in ampulla non diminui mentici sunt, Scripta Chiffletii & Blondelli & eorum occasio-

ni, ex Blondelli prefat. apol. * 19. fol. 1. seq. & fol. 4. b. * 23. fol. 1. b.

* 39. f. 4. g. Unde summum referit Sulpicius de studio juris publi-

cis p. 119. seq. Boecleri scriptum Anti Blondellianum, cum iudicio

ex notis ad Monz. amb.)

Posteriorem sensum quod attinet, saltem monstrandum est, qui fieri potuerit, ut totus populus facile deceptus fuerit ab Attio Nævio.

Scilicet eodem modo, quo decipitur quotidie per hucus pocus, agyrras, circumforaneos &c. Taschen-Spieler/ Seils-änder/ Quacksalber/ Eymachers/ supponendo videlicet ea, quæ non sunt, pro veris.

Uti deceptus fuit populus in Gallia in causa diabolorum Loudunensium, præprimis cum commissarii capillitium in libertate suspenderetur aere.

(Histoire des diables de Loudun. Dictionnaire Critique sous Grandier.)

Supponatur saltem, quod Tarquinius cum Navio collusus est, & quod eorum dissensus fuerit simulatus, res expedita fuit facillima.

Nec

Nec nude supponenda collusio, sed multa sunt in historiis, quæ eam revera subfuisse fvalent.

Erat Rex homo ambitiosus, callidus, omnibus artibus insinuandi se singulis in republica ordinibus utens. (Dionyl. 4, 3, c. 71, 90, 91, 92. Liv. 1, 1, c. 35.)

Præprimis autem sacerdotes, augures & virginis sacras sibi devincire dabat operam. (Dion. 4, c. 90, & 92.)

Jam Attium considera. Hic crasso satis & putido mendacio, cum forte fortuna magnam invenisset uvam, non solum plebem, sed & ipsos augures decepserat, ut ex subulco haberetur pro angurum præstantissimo.

(Dionyl. 4, lib. 3, cap. 93. Quoties Attium Navium considero & Sextum

V. Ponitatem, toties ipsorum fata pariter & ingenia valde conveniente deprehendo. Gregorii Leti vita Sexti V. commend.)

Quamvis, quod augures attinet, facile conjectari licet, eos magis nolentes & ex timore, quam ex sincera estimatione, cum non esset unus ex collegio, eum, cum maxima tamen invidia, fuisse veneratos.

Quia videlicet Attius, in arte decipiendi credulos, ipsos superabat, ita videlicet fraudes suas instituens, ut prædictiones ejus certissimæ viderentur credulisi. (Dion. 4, cap. 93.)

Totam vero artem augurum fuisse deceptricem credulorum, satis constat vel ex ipsorum Ethnicorum confessione.

(Loca ex Cicerone & aliis excerptis van Dale ad divin. idolol. c. 1,

p. 376. seq.)

Porro sentiebat Tarquinius, difficile esse omnium augurum cupidini satisfacere, eosque beneficii devincire. Ergo studebat, collidere eos inter se, & unum sibi maximo exhibito beneficio devincire, simul vero se ut religiosissimum populo sistere.

Majus beneficium homini ambitioso non potest exhiberi, quam si adjuvetur, ut fama & gloria alios antecellat.

Ut tamen artificia hic adhibenda occultarentur, simulazione opus erat, acsi Rex & Navius amici non essent.

P

Igitur

Igitur nil aptius erat ad hujus rei persuationem, quam si Regio instituto applaudentibus omnibus solus contradiceret Attius, & ita Regi causam irascendi & mox populum falso miraculo decipiendo occasionem daret.

Et quis negaret, præparata fuisse ante omnia, si Livii narrationem sequatur, memorantis, statim post contradictionem Attii miraculum istud fuisse patratum.

Unde enim alias novacula Regi & eos in comitiis publicis?

Ergo verosimilior videtur mihi hac parte narratio Dionysii, quod post contradictionem Attii Rex comitia instituerit, & ante Navii accersiti adventum populo dixerit, quomodo Auguris vanitatem explodere vellet.

Nam alias, si res secundum Livii narrationem contigisset, populo suppedita fuisse occasio, suspicandi fraudem.

Hoc modo vero suspicioni tali nullus dabatur locus, cum Rex populum ad credulitatem affectata illa propositu sui revelatione præpararet.

Ergo ridebant omnes, cum Attius possibiliter Regi prædiceret, etiam haud dubie Augures reliqui, qui invidia jam erga Attium effluabant.

Quod autem Livius aliter rem narravit, forte ideo factum, quia sentiebat, circumstantias, quibus ipse uititur, cautiores esse ad capiendum Augurem, quam sunt circumstantiae Dionysii.

Nam iis positis facile contingere potuisset, ut quis ex adoratoribus Attii, quos plurimos habebat fraudulentum Regis propositum ei narraret; Et postea Attius consulto augurio responderet, factum esse impossibile.

Ita enim haud dubie intentio Regis fuisse clara, & Attii divinitas etiam invito Rege populo persuasa.

At supposita collusione cum Attio, objectio hæc sua sponte corruuit,

Mira-

Miraculum vero ipsum quod attinet, talia quotidie faciunt & majora nostri Agyrtz unsere Taschen Spieler.
 Cotem & novaculum e sinu Rex depromsit. ^{100 0128} Qui's vidit proprius, quis contrectavit, & examinavit, annon artificio quodam sic ante preparatus cos fuerit, ut facilissimum fuerit eum novacula admota dividere? ^{et quod nullum sit aliud}

Facile sibi modum decepte plebis imaginari poterit, qui cogitat marmorum & vitrorum superficies planas sibi invicem aptas arte ita cohædere, ut difficillime sine arte, adhibita vero arte facilissime separari possint. ^{gluv non ambunt in se}

Confirmat conjecturas nostras eventus: Si vera fuisset ira Regis, feria contradic̄tio Artii Navii, ille ut homo callidus & nequaquam superfluos, non ita prouite Navium tantis honoribus affectisset, Navius non esset passus, ut Rex simulans, se instituta Romuli intuitu equitum non mutaturum, re ipsa tamen mutaverit, fraude laperta eludens angurium, revera duplicans equites, sed eodem saltē nomine, ut antea, centurias vocans.

II. Prudentia cognoscendi falsitatem miraculorum.

Alibi jam diximus sapienti esse operam dandam ut falsa miracula fecernat a veris.

(de fundam. jur. nat. & Gen. c. 2, §. 35, seq.)

At quomodo id fieri debeat nondum dictum.

(De miraculis habeo dissertationes duorum Theologorum Helmstadiensem Gerhardi Titii. & Pauli Heigelii, item dissertationem aliam Theologi Jenensis Niemannii, utrum ex miraculis doctrinæ vel ecclesiae Pontificie veritas probari possit. Et si vero ex diamine rectæ rationis & principiis philosophiæ ibi multa immiscantur, & Pontificiorum criteria verorum miraculorum ibidem examinentur a Tito s. 21, miror tamen, quod nusquam traditas reprehendam regulas meliores.)

Miracula sunt opera supra naturam, non contra. (suisse tamen qui miracula contra naturam esse fallo statuerent, eruditæ ostendit celeberr. Gotfr. Olearius Prof. Lipsiensis in dissert. de miraculo pisticæ Bethesdae.)

Nam dinina omnipotentia potest omnia possibilia, non vero contradictoria & impossibilia.

Non poterit sciri, aliquid esse supra naturam, si naturam rei ipsam prius nesciam.

At paucissima de natura rerum scimus.

Unde facile possunt decipi homines, ut, cum rerum naturas nesciant, putent, aliquid supra naturam rei esse, cum tamen non sit.

Igitur quam maxime opus est ad falsorum miraculorum cognitionem studium non vulgare Physices & Matheſeos.

Et non sine ratione primi Academiarum in Papatu autores introduxerunt in Academias vel neglectum & contemptum horum studiorum, vel elementa Physicæ mere speculativæ & inutilis, qualis jam in confesso est, esse physicam scholasticam.

Patet simul ex dictis, quia fines naturæ nescimus, quod citius regulæ dari possint non credendi falsis aut dubiis miraculis, quam demonstrandi, quænam sint vera.

Interim tamen uti nimia credulitas valde nocet humano generi, ita etiam danda opera sapienti, ut non omnia miracula neget.

Neque enim dubium est, autorem naturæ posse vires naturæ mutare aut effectus ejus sua omnipotentia fistere.

Quomodo vero id fiat, transcendit scientiam humanam; si enim modum sciremus non esset miraculum.

(Unde nescio, cui oīui sit Evangelium Medici, cum Autor saltem ibi ostendat singula genera miraculorum in certas classes distributorum non repugnare naturæ. De quo nemo sane mentis dubitavit, nisi forte docere voluit iste Autor hoc libro, fallam esse sententiam eorum, qui eum errorem defendunt. Sed ad hunc finem tanto quidem appurato non erat opus.)

Quæstio saltem est: an opera, quæ pro miraculis venditantur, sint supra naturam, ut adeo potentiaz divinæ sint adscribenda?

Quæ quæstio, ut ex exemplo nostro constat, duas re ipsa inclu-

includit. 1. an id quod miraculum dicitur factum sit, 2. an transcendat vires naturæ.

Prius quod attinet, haud dubie negari nequit id factum esse, quod publice est notorium.

Notorium dico, non quod publice creditur, sed quod publice sentitur.

Et, si ipsi non senserimus, quod factum esse scribitur, ab iis qui senserunt, nec decipere voluerunt.

Posterius autem quod concernit, et si nesciamus omnia possibilia, scimus tamen multa, quæ secundum vires naturæ fieri nequeunt.

(e. g. Suscitatio mortui, tenebrae Ægyptiacæ, &c.)

Ergo si confiteret, in ejusmodo factis nullam subesse conjecturam fraudis, uti constat, si nulla subsit ratio de fraude aliqua dubitandi, cum factum fuerit publicum, ut ab omnibus examinari potuerit, & tum constabit, factum esse vere miraculum,

Talia vero cum sint miracula Mosaica, Prophetarum, Christi & Apostolorum, & divinitas scriptorum facrorum etiam demonstrata sit evidenter, nullum est dubium ea miracula vera esse.

(Commend. Grotius de veritate religionis Christianæ, Huettii demonstratio Evangelica, Epiphanius tractatus similis. Comparatio horum scriptorum. Stillingfleet origines sacrae.)

Ante omnia vero constare debet ex regulis bona interpretationis, utrum facri scriptores voluerint miraculum referre.

(Dicum exempli loco de controversia hodie mota de vulpeculis Samsonis. Res ipsa vero Dominis Theologis relinquenda.)

Deinde sapienti etiam scrutanda diversitas miraculorum Mosaicorum & Christi.

(Ex Pufendorf. de Habitu Reilige ad remp.)

Porro cum in miraculis reliquis, quæ extra libros sacros referuntur, hac requisita non concurrant, non vitio vertendum

P 3 . sapien-

sapienti, si de illis non audeat afferere, ea vera esse, sed de eorum veritate dubitet, aut judicium suum suspendat.

mut *non oibimus oib* *Et si enim ex sacris literis constet, viros Apostolicos multa fecisse miracula; tamen quæ de iis scribuntur in scriptis non Canonicis, multa relinquent dubia.*

Cum p[ro]ximis fraudes jam tempore Apostolorum inter Pseudo-Apostolos incepissent esse in usu, & illi, qui vitas virorum sanctorum scripserunt, non habeant divinam autoritatem ut libri Canonici.

Et fatentibus viris piis ac eruditis miracula mox desierunt, iisque non amplius est opus.

(Dicta dissertat. Theologicæ, Calaub. Exerc. 16. n. 152. Georg. Calixt. Append. alr. ad Landar. Hassie.)

Et nulla ratio appetat, quæ moveat, utile esse vel ecclesia vel reipublicæ, ut credatur, vel unicum saltem exemplum, quod extra sacram scripturam pro miraculo venditur, esse verum.

Interim tamen sapiens non negat omnia, quæ ab aliis creditur esse miracula, et si plurima talia esse neget, & rationibus firmis eam negationem probare possit.

(Commend. Friedericii Spani, introd. ad hisbor. eccl[esi]æ, ubi passim etiam de falsis miraculis. Henri Etienne introduction au traité de la conformité des merveilles antiques avec les modernes, potissimum p. 524. 652. - 663. Histoire de tromperies des Prêtres & des Moines. Censure hujus autoris ex prefatione alterius qui scriptis Remarques Historiques & Critiques &c. anno praeced. Item de falsis miraculis multa prudenter observata ab auctore historia Sevaramber. Vindicatione hujus autoris a censure iniqua aliorum ex cogitationibus mendacis. Prolixissime ea de re egit Antonius van Dale de origine & progressu idolatriæ & superstitionum; de Vera ac falsa Prophecia: de divinationibus idolatriæ Judorum, Item de oraculis Euthanicorum, Dicendum de singulis.)

III. Prus.

III. Prudentia secernendi fraudes humanas ab admirandis
divina providentia.

Cum miraculis sepe miscentur admiranda, cum tamen
differant.

Miracula sunt opera naturam superantia. Admiranda
sunt effectus naturales irregulares seu preternaturales.

(Unde habes differentiam de qua nimis subtiliter dilputatur, inter su-
pramatuale & preternaturale.)

Irregularitas illa duplex est, vel in reliquis creaturis, vel
in actionibus humanis.

Admiratio est filia ignorantie.

Unde qui omnia admirantur, omnia ignorant.

Et cessante ignorantia cessat admiratio.

Sed non omnis ignorantia admirationem parit, verum
ignorantia causa, non rei, cuius causa queritur.

Ignorantia enim rei animum plane non movet;

(Huc pertinet proverbium: Was ich nicht weiss / das macht mir nicht
heiss.)

At ignorantia causa parit admirationem.

Non tamen semper. Nam plurima & fere omnium re-
rum naturalium causas proximas ignoramus, & tamen eas
non admiramus.

Igitur ad admirationem etiam requiritur raritas rei.

(Praxis nostr. philos. morum, c. 4. n. 16, seq.)

Hinc vero patet cur dixerimus, admiranda esse effectus
naturae irregulares, id est raros.

Qui, si saepius continuenter, uti tum cessant rari esse &
irregulares, cessat etiam admiratio. Nam quotidiana vile-
scunt.

Sunt autem admiranda vel naturalia vel moralia.

Illa circa effectus rariores naturales rerum quarumvis,
etiam hominis.

Hec circa actionum humanarum a voluntate dependen-
tium effectus.

Cate-

Cæterum uti ignorantia rei non est affectus, ita nec admiratio.

(Demonstravimus id aduersus Cartesianos in *d. Prax. philos. moral.* & simul ostendimus, qui nam errores plurimi alii ex isto de admirationis affectu errore propullulaverint.)

Interim non diffidendum, ex admiratione oriri affectum aliquem, nempe curiositatem.

(Non existimationem, contentum & reliquos, quos inde ducit Cartesius, ut *ibidem* ostenduntur.

Mirum quod curiositatem omiserit Cartesius,

Ino mirum, quod ipse haecenus id non observaverim.)

Curiositatem esse affectum probat, quod idem hic sit motus cordis, qui in aliis affectibus.

Et, quod virtuosa ac virtuosa sit curiositas.

(Maxime reverend. Rechenbergii dissertationes de sana & insana cirtus res theologicas curiositate. Lipp. Polst. IV. 3. 14. & 15. ac ibi Dn. Reinhard.

Unde fluit, quod etiam sit sana vel insana philosophia, prout curiositas est.

Etenim philosophia ex curiositate orta, non immediate ut in communione proverbiorum est, ex admiratione.)

Interim tamen curiositas non est effectus intellectus & admirationis in intellectu. Affectum enim radices sunt in voluntate antecedentis intellectum.

Etenim admiratio saltem occasio est curiositatis, non tamen semper, nec semper producit curiositatem.

Nam multa homines admirantur, quæ scire non desiderant.

(Dixi ea de re prolixius in *prax. philos. moral.* cap. 4. §. 44. seq. Sed ex meditationes in quibusdam nunc ex presentibus sunt emendanda.)

Multi investigationem veritatis timent, & dulcedinem admirationis amant.

Contra homines circa multa curiosi sunt, quæ non admirantur.

Sive

Sive sint praesentia, sive futura, in qua ultima plane non cadit admiratio.

Fluit ergo curiositas, ut omnes affectus, examore & odio.

Neque enim circa ea solum curiosi sumus, quae amamus, ut fruitionem earum consequamur;

Sed etiam circa ea, quae odio prosequimur, ut iis noceamus.

Ergo curiositas est affectus concomitans omnes affectus principales.

Sive sint virtuosi sive viciosi.

Unde & ipsa curiositas pro illa diversitate suis natus & virtutibus laborat.

Puta credulitate, incredulitate, nimia curiositate etiam noscendi.

(De his speciebus alia occasione plura, videlicet non trahere.

Exempla curiositatis noxiæ habet Dn. Reinhardus ad Lipp. VI. IV. 46.

Huc pertinet nimia curiositas circa Astrologiam, Alchymiam,

& in genere politica curiositas sciendi omnis, quæ homines de nobis sentiunt &c.)

Habet enim scientia humana suos fines, de quibus ante omnia erat docendum in philosophia rationali.

(Sed communiter negligitur tam a peripateticis, quam a Cartesianis,

Inde logica Clerici commendanda & Lockii tractatus de intellectu.)

Habet & prudentia humana, de quibus differere debent doctores in philosophia morum.

(Sed & hoc negligitur ex defectu generali, quia parum vel nihil traditur de prudentia & ejus regulis, ut ostensum in medietate p. dicit, consulit.)

Sed cum communiter doctrina horum principiorum negligatur, non mirandum, quod plerique homines ex nimia credulitate patientur se decipi ab astutioribus.

Dum videlicet alii nimis cupiunt scire ea, quae sciri nequeunt, & ex nimia cupidine sciendi credunt incredibilia.

Alli

Alii in investigandis iis, quæ sciri possunt vel ex ignavia vel alii de causis malunt alienis oculis videre, quam suis.

Sed de curiositate rerum naturalium forte alibi dicendi plura locus erit.

(Schotti *physica curiosa, les curiosites invies de Gassarell, Pensees diverses sur la Comete,*)

Curiositas rerum moralium, ex neglectu considerationis sufficientis naturæ humanae vel omnia adscribit prudentia humana, etiam ea, quæ sunt effectus providentia divine.

Vel nihil, sed omnia paululum a viis naturæ quotidianis deflectione a viribus majoribus repetit.

Illa ad atheismum, hac ad superstitionem dicit.

Uti vero multa præternaturalia in actionibus humanis certo demonstrari possunt esse effectus naturales, et si modum agendi non ubique sciamus;

Ita non mirandum, quod, qui ex nimia credulitate ista præternaturalia habent pro supranaturalibus, varient, & inde etiam nascatur fides vel credulitas opposita inter homines, multas hominum myriades seducens.

Amici tales actiones adscribunt divinitati aut certe operationibus angelorum bonorum.

Inimici contra principio malo, puta operationibus spirituum immundorum.

Inde idololatria, apotheosis, sanctorum creatio, crimen Magiarum.

Inde etiam confunditur providentia divina cum prudentia humana, dum vel opera prudentia adscribuntur prudentia humana, vel opera prudentia humana dicuntur esse effectus providentia divina.

De providentia divina multa subtilia & inania disputat metaphysica scholastica relictis utilibus.

Providentia divina non querenda in miraculis, sed in effectibus naturalibus irregularibus.

III A

Et

Et quidem in specie in eventibus actionum humanarum insperatis.

Quando videlicet post factum apparet quidem, eventum ortum ex causis mere naturalibus, sed tamen qui vel prudenter humana difficillime poterant praevideri, vel etiam ex regulis prudentiae humanæ plane aliter debebant sequi; vel etiam facillime poterant praevideri, & tamen neglegti sunt ab alias astutissimis.

Fatum hoc appellabat philosophia pagana & fortunam, meliori jure Christiani id omne adscribunt providentia divina;

(Inde proverbium: Er hat mehr Glück als Recht / item coeca fortuna &c.)

Intendentis partim, ut homines discant, prudentiam suam limitibus exiguis esse circumscriptam, nec eventus esse ipsorum arbitrio subiectos;

Partim ut agnoscant, esse vindicem actionum improbarum & defensorem verè probarum ac præmiatorem, etiam intuitu hujus seculi;

Partim ut ostendat, tolli insipientes in altum, ut lapsu graviore ruant;

Ubique, ut confundat nimis sapientes in sapientia sua & ostendat, sibi soli deberi gloriam.

Hinc maximè conspicua sunt exempla in actionibus politicis hominum, & subordinatione causarum secundarum irregulari, aut non sperata.

(e. g. adventus Regis Wilhelmi, III, in Angliam, Prælium Höchstestensle; Vita Sixti V. &c.)

Q²

Contra

Contra tamen multa ex affectibus adscribuntur admirandis providentia divinæ, qui sunt effectus prudentia humana sibi relixtæ.

Ex dictis vero facile patet, hunc errorem deberi effectui irrationalis amoris, non odii.

Scilicet ut homines credantur esse singulariter Diis chari & divini.

Et cum desituantur vel astutia, vel impudentia homines decipiendi falsis miraculis, aut talia mentiendi, ut tamen pro miraculis falso substituant talia admiranda providentia divinæ.

Quæ tamen nequaquam admirantur sagaciores, & minus superstitionis, sed causas plane naturales subesse & norunt, & aliis demonstrare valent.

Maxime vero ista notanda sunt studiosis juris, quorum plurimum interest scire arcana sacerdotii & pagani & pontifici.

(Ad scientiam genuinam parandam in controversia inter sacerdotium & imperium, & ad prudentiam, in eludendis ejusdem astutis consilis destruendi potestatem principum circa sacra.)

Utrumque credulos ubique & semper decepit non solum falsis miraculis, sed & jaetatis eventibus, qui fuere effectus meræ prudentia humana, pro admirandis providentia divina.

Quemadmodum autem de priori satis dictum in meditatione precedente, ita quoad posterius mentem nostram jam quidem illustrabit saltem unicum exemplum.

Ita v. g. Clerus Pontificius pro singulari miraculo vel admirando jaetat incrementa subitanea potentia sua & di-vitiarum. Et magnus hominum numerus talia superstitione credit.

Sed

Sed homo sapiens mere humanas istius eventus causas, quasi per digitos enumerare & monstrare potest.

Nimirum plerumque sunt istæ. Plurimorum inclinatio ad stupidam admirationem & superstitionem: magnum tedium vita luxuriosæ: temperamentum melancolicum hominum ambitionisorum, i. e. ad simulationem, vigilias, jejunia &c. apertissimum: admiratio talis temperamenti ex parte superfluitosorum ad luxuriam inclinantium: datae largiter a melancolicis eleemosynæ: magnes eleemosynarum attrahens plurimos alios pauperes, sive æque melancolicos, sive etiam talis temperamenti luxuriosos admiratores: emendatio e. leemosynarum ab aliis initio occulta, postea publica: oriens inde incrementum ordinis ex eleemosynarum talium acervo: predicatione publica & privata multorum miraculorum & admirandorum: interesse occultum & varium plurium potentum, etiam si deceptionem nimis credulorum sensibiliter percipientium: &c.

(Exemplum ultimæ cauæ suppeditabit Monzamb, c. ult. S. 9. p. 430.)

IV. Cavenda sapienti deceptio aliorum per falsa rati mirabilia aliis obnamis miracula.

Sed tamen non omittendus admirandus providentia diuinæ effectus, vel id operantis, ut talia prudentia humana & arcanioris quidem opera plerumque corruant cum ad summum fastigium pervenerint, & ubi id minimum credebatur;

(e. gr. cum Lutherus inciperet contra abulm indulgentiarum disputare.)

(Ceterum & hic non sunt confundenda admiranda prævidentia divina cum miraculis;

Adeoque non vitio vertendum iis, qui in ejusmodi ad-

mirandis potissimum quarrunt providentiam divinam in singulari & inexpectata subordinatione causarum secundarum.)

Vel quod in sensu reprobum dari sint, qui se alias prostutistimis, qui decipi non possent, habebant, ut ipsi sape contra vulgatisimas alias prudentias humanas regulas impingant & sic interitum suum promoveant ipsi.

Quare laudandi potius quam vituperandi, qui in examinando providentia divina exemplis istam causarum subordinationem & excoecationem secundum principia prudentiae civilis sobrie examinantur. Contra calumnias annumeranda imputatio, quasi tale examen profanitatis & impietatis nota sit, ac cum veneratione divinitate providentiae non queat confitescere.

(Unde cadit censura nonnullorum aduersus Monzambananum ita de causis religionis ratiocinantem c. 5. §. 9. & cap. ult. §. 8. p. 424. Adde ibi notae nostrae, quas & confer. ad p. 130. lit. t. & ad p. 402. lit. b.)

Ut enim in exemplo rem declaremus; assumamus iterum incrementa subitanæ & simplicioribus admiranda cleri pontifici, ut nempe ostendamus, quomodo causis secundis hic uti quandoque soleat providentia divina.

Subitanam & illicitis artibus paratam felicitatem comitantur fastus, elatio, calumnia aperta, innocentum, rapina, fraudes non occultata, luxuria, tyrannis, securitas. Ex altera parte querela, suspicio, agnitus fraudum, earum detestatio, odium commune prius metu occultatum, donec vel minima occasione non praevista (instar amnis aggere per rumpentis) uno momento erumpant & potentiam subito enatam subito defruant.

Igitur

Igitur quam maxime cavendum vera felicitatis studio-
sis, ut ejusmodi fraudibus abstineant, maxime iis, quae mul-
tis seculis ab impiis larva pietatis se obtegentibus piæ vo-
cantur.

Etenim ex cognitione humanæ naturæ impossibile est,
ut fraus ejusmodi continuata non detegatur a cautoribus,
& favorem populi per falsa miracula quæsitus non mutet
in commune odium populi, aut plurimum ex populo.

Necesse vero est ut omnes metuant, quem metuunt o-
mnes.

Ac uti plus vident oculi, quam oculus, ita etiam im-
possibile est, ut unius hominis astutia diu vincat astutiam
plurium.

Exemplum habemus in nostro Tullio & Attio Navio.

Uterque conjuncta fraude populum deceperat, &
ita suam potentiam at autoritatem firmare intenderat.


Sed sagaciores fraudem sentientes, & utriusque ini-
mici, referente Dionysio simili fraude utebantur ad utrius-
que interitum procurandum,

Et cum Tullius per aliquod tempus fraudem hanc
elideret, tandem vi destruebatur imperium ejus fraudulen-
tia partum & falso miraculo corroboratum.

(Simile exemplum interitus Alexandri VI. Papæ & insanabilis morbi
Cæsaris Borgie, qui dixisse ferrari, se adversus omnes calus, ex-
cepto hoc uno, præparasse, ac media astuta excogitasse, quo-
modo averti possent. Simile exemplum Regum Christianorum,
qui initio utebantur fraudulenta potestate pseudo-spirituali cleri
ad excommunicandos eos, qui eorum potestati resisterent, donec
tandem ab iis ipshmet excommunicarentur &c.)

F I N I S Decadis, I.

INDEX



INDEX hujus Decadis

- CAP. I. *Observationes pro-*
SEMINARIUM REIPU- *miscue.* A.
BLICÆ *Jus Gentium.* D.
(ex Larréo) *IV. Politica Gentium.* E.
Med. I. *Autores relationis,* F.
II. *Occasio & scopus instituti,* G.
III. *Mediae* **JUS GENTIUM IN**
IV. *Consilia cur evenit illi-
tu frustrata?* *(ex Wicquefortio)* H.
*V. An Anglia exinde
damnum passa?* Med. I. *Wicquefortii liber.* I.
VI. *Seminaria Reipubl.* II. *Vana doctrina J.*
absque impensis. G. *per exempla.*
CAP. II. III. *Justa doctrina in*
JUS GENTIUM. IV. *Prudentia judicia-*
(ex Camdeno) *lis in exemplis.*
Med. I. *Supplementa bistoriaca.* V. *Scopus & fructus*
harum lectionum.

INDEX

CAP.

INDEX.

CAP. IV.

CURA MILITUM NON
BENE VALENTI-
UM.

(ex Plutarcho)

Med. I. Solonis & Pisistrati
comparatio:

II. Gloriosa principi mi-
litum cura.

III. Principis Regii a-
mor militum.

CAP. V.

PATRONET CLIEN-
TES ROMANI.

(ex Dionysio Halicar-
nasseo)

Med. I. Studium antiquita-
rum Romanarum.

II. Dionysius, Livius,
Plutarchus.

III. Sensus loci excer-
pti.

IV. Dionysii judicium
examinatum.

CAP. VI.

CONTROVERSIÆ JU-
RIS DUBII.

(ex Cicerone)

Med. I. Controversia veter-
rum Rhetorice.

II. Damnum juris stu-
diosorum ob negle-
ctam oratoriam ve-
terum.

III. Mens Ciceronis.

IV. Bacleri definitio
minus apta.

V. Alia controversia
definitio.

CAP. VII.

PRÆTENSIONES IL-
LUSTRES.

(ex Thuano)

Med. I. Observationes varie
præparatoriae.

II. Prætensionum exi-
stentia.

III. Quid sint præten-
siones?

IV. Scriptorum de præ-
tensionibus defe-
ctus.

V. Nostra intentio.

R

CAP.

INDEX.

- CAP. VIII.
LIS DE PRÆSTAN-
TIA INTER FOR-
TITUDINEM TO-
GATAM ET SAGA-
TAM.
(ex Gramondo.)
- Med. I. Lites subditorum de
precedentia.
II. Fortitudo togata &
sagata.
III. Confusio statuum
politicorum unde?
IV. Aliae observationes
Gramondum expli-
cantes.
- CAP. IX.
BRUNECHILDIS DE-
FENSA.
(ex Vorburgio)
- Med. I. Vorburgiani operis
commendatio.
II. Defensio Brunechil-
dis.
- CAP. X.
FALSA MIRACULA:
(ex Livio)
- Med. I. Miraculum Accii Na-
vii fabulosum.
II. Prudentia cogno-
scendi falsitatem
miraculorum.
III. Prudentia secer-
nendi fraudes hu-
manas ab admi-
randis divine pro-
videntie.
IV. Cavenda sapientiæ
deceptione aliorum
per falsa miracu-
la.



Fc 2156.

§ 8^o





2

**SPECIMEN
JURISPRUDENTIÆ
JUDICIALIS
EX
JURE NATURÆ
ET GENTIUM,
Exhibitum
IN EXEMPLIS,
de variis
GENTIUM
negotii & controversiis.
Quibus
Sparsim immiscentur genuina principia
definiendi
PRÆTENSIONES
ILLUSTRES.
In usum
AUDITORII THOMASIANI.**

HALÆ & LIPSIÆ,
Typis & sumptibus viduæ CHRISTOPHORI SALFELDII,
REGIM. REG. BORUSS. Typographi.
Prostant quoq; Lipsiæ apud JOHANNIS GROSII Hæredes. 1706.